



RE  
BA

H

P. 355

APUL



C. S. num. 23

JOANNIS NEPOMUCENI ENDRES,

SS. THEOL. ET U. J. DOCTORIS,

REVERENDISSIMI AC CELSISSIMI S. R. I. PRINCIPIS, EPISCOPI  
BAMBERGENSIS ET WIRCEBURGENSIS, FRANCIAE ORIENTALIS DUCIS  
CONSILIARII ECCLESIASTICI, NEC NON IN PRAEFATA  
UNIVERSITATE SS. CANONUM PROFESSORIS  
PUBLICI

1765  
W. 126

DISSERTATIO INAUGURALIS  
HISTORICO - ECCLESIASTICO - PUBLICA  
DE

PACTORUM  
HILDESIENSIUM

IN CONFIRMANDA  
COMMUNI CATHOLICORUM DOCTRINA

CIRCA


SIMULTANEUM  
EFFICACIA

P. 355

AD ILLUSTRANDOS I. P. W. ART. V. § §. XXXI. ET XXXIII.

PRIORIBUS DISSERTATIONIBUS  
OB IDENTITATEM MATERIAE ADNEXA.

70  
Nr 4540




BAMBERGÆ, FRANCOFURTI ET LIPSIAE,  
APUD TOBIAM GÖBHARDT, BIBLIOPOL. UNIVERSITATIS A CELSISSIMO  
SPECIALITER PRIVILEGIAT. MDCCLXV.



JOHANNES NEPOMUCENI PATRIS  
RECTORIS  
UNIVERSITATIS  
PRAESENTIA  
PUBLI  
HISTORICO-ECCLIASTICO-PUBLICA


PACTORUM  
HISTORICORUM  
IN  
COMMITTEE CATHOLICORUM DOCTRINA

STIMULI  
MEDICIA  
UNIVERSITATIS  
DE



UNIVERSITATIS  
DE





## PRAEFATIO.

**T**elam a me cœptam primo velut in stamine paulisper interrumpo, &, dum in præliminaribus ad Studium Canonicum apprime necessariis, ex meo me proposito, versari oportebat, in ipsa Juris Ecclesiastici Germaniæ nostræ Publici abdita progredi non perhorresco, non levitate quidem animi, ut cuiquam videri posset, sed justa quadam, quæ necessaria oppido, jucunda maxime mihi fuit, occasione impulsus.

Prodiit enim, pluribus abhinc mensibus, in lucem publicam eruditissima Magnifici hujus Universitatis Procancellarii & Senioris BARTHELII Viri mihi æternum venerandi *Dissertatio de eo, quod circa libertatem exercitii Religionis ex Lege Imperii justum est*, quæ tota in eo versatur, ut Simultanei innoxii Catholicæ Religionis in iis locis, ubi in Anno Normali etiam solum A. C. exercitium viguerat, introductionem Domino Territoriali Catholico permissam ex ipsa Pacis Littera, & præviorum Tractatum historia assereret, ingenti propterea ap-

4

☉ ☉ ☉

plausu a plerisque Eruditis suscepta, & ardenti cum desiderio ab aliis haectenus conquistata.

Aliis vero, uti novitate, ita autoritate Viri Celeberrimi DAVIDIS GEORGII STRUBEN Statuum Provincialium Hildesienfium A. C. quondam Syndici, postea Regii & Electoralis Brunfvico-Luneburgensis Confiliarii Iustitiæ Intimi, & moderni Cancellariæ Directoris multum præoccupatis aliquam adhuc speciem probabilitatis in contrarium relinquere ea argumenta videbantur, quæ mox Laudatus Author *Horarum subsceivvarum, vulgo Nebenstunden, Part. II. Tract. VI.* ex specialium Pactorum Hildesienfium abrogatione, & Tractatibus desuper ab utraque Summorum Compacifcentium parte hinc inde agitatis adversus communem hanc Catholicorum Doctrinam universim, & quatenus ad omnes reliquas Imperii Romano-Germanici Provincias pertinet, deducere ingenti cum artificio, parique cum eloquentia & styli suavitate conatus fuit; quorum proinde maturiorem quandam adhuc suscipi discussionem, in supplementum supra laudatæ Dissertationis, operæ pretium omnino visum fuerat.

51 Hæc enim Argumenta, uti prorsus particularia sunt, ideoque tanquam ex sola Pactorum memorato-

rato-

ratorum partim confectiois, partim abolitionis  
Historia deprompta, particularem quoque ex ea-  
dem sui resolutionem requirunt; ita universalium,  
quæ ibidem traduntur, principiorum explanatio-  
nem & argumentorum ex præcisa Actorum & Tra-  
ctatum P. W. Historia, quatenus ad ordinationem  
diversorum in Imperio Sacrorum universim spe-  
ctant, desumptorum pertractationem, si ad amuf-  
sim, ut par est, hæc tractari voluissent, non parum  
impediissent, aut mole etiam sua Lectoris eruditi  
patientiam obruere debuissent. Separari proinde  
utraque congruentius visum fuit, mihi vero partia-  
lem hanc Historiam, & argumentorum inde dedu-  
ctorum dissolutionem reservari perhonorificum &  
jucundum accidit, quæ non tantum Episcopatu Hilde-  
siensi patrocinetur, sed ingentem etiam Universali  
Germaniæ nostræ Juri Ecclesiastico, quoad statum  
diversarum in Imperio receptarum Religionum in-  
ter se ordinat, ac definit, illustrationem affert.

Quam ob causam eandem quidem vicissitudi-  
num Hildesiensium Historiam, tanquam ad ipso-  
rum argumentorum inde haustorum intellectum  
præprimis necessariam, breviori tamen stylo con-  
tractam, hic fundamenti loco præmittere rursus  
placuit, quæ ab eodem Viro Celeberrimo cit. loc.

A 3

præmissa



præmissa fuit; quid? quod paucis tantum reflexionibus exceptis, quibus ad *Vindicias*, aut *Anti-Vindicias Hildesienfes* quondam editas, quæ quoad hanc Simultanei controversiam in idem fere recidunt, paulisper digredior, in reliquis tantum Virum de passu ad passum insequi non erubesco, ut nihil tibi, Lector Benevole, superfit, quam argumenta ab alterutro ex relatorum textuum utrinque eorundem tenore deprompta mature ponderare, &, pro utra parte fortius militent, statuere ac dijudicare; penitus tamen mihi persuasum habeo, hæc argumenta inde deducta multo fortiora in rem Catholicam a te deprehensum iri, quam ut illi præjudicium aliquod inde fieri posse, Teutonica Jurisconsulti alias Celeberrimi eloquentia, styli suavitas, & Germanicæ nitor persuadere tibi valeat.

Quemadmodum & tuo libentissime iudicio committo, an non ea undique usus fuerim modestia, quæ Professore Publicum ab altercandi libidine, imo & omni Apologetico, aut potius refutatorio scribendi genere, tanquam plerumque obscuro, & eruditis auribus oculisque ingrato, quam maxime alienum, quique neutrius Partis Patronum, sed solius veritatis amicum comprobare se cupit, quam optime deceat. Vale.

SUM-





## SUMMARIÆ.

- §. I.** Religio frequens Paſtorum materies in Germania.
- II.** Diuerſa ejuſmodi Paſtorum diuiſio, & Uniuerſalium exempla quædam commemorantur.
- III.** Inter Particularia ſpecialeſ notam mereri videntur Hildeſienſia.
- IV.** Bellum Hildeſienſe, aut diffidatio ita dicta, ex cujuſ infelici eventu Diœceſeos in maiorem & minorem diuiſio enata.
- V.** Majoris Diœceſeos inter HENRICUM Juniorem & ERICUM Senioreſ diſtributio, & ſubſequa in utramque partem Reformationis ſic dictæ irruptio.
- VI.** Idem fatum & minor ob Episcoporum impotentiam ſubiit.
- VII.** In hacce minori, tanquam frequentioribus viciffitudinibus obnoxia, plura Paſtorum exempla proſtant.
- VIII.** Major Diœceſis per Sententiam Camerelem Epifcopo Hildeſienſi reſtituta.
- IX.** Cujus quieta demum poſſeſſio per Tranſactionem ab Imperatore promotam Hildeſienſibus firmata fuit.
- X.** Huic adjectum circa Religionem, de quo præcipua nobis eſt queſtio, Paſtum refertur, quod Receſſum Brunſuico-Hildeſienſem merito vocamus.
- XI.** Summorum Pacifcentium in Tractatibus Pacis Weſtphaliæ diuerſæ circa Paſtorum vim generatim Sententiæ, & inſecuta demum Pacis ejuſdem ad obſervantiam Anni Normalis ea reducentis ſanctio.
- XII.** Hæc generalis Paſtorum abrogatio, & ad Anni Normalis obſervantiam reductio ad Paſta in minori Diœceſi inita haud dubie pertinet.
- XIII.** Acrior circa Receſſus Brunſuico-Hildeſienſis abrogationem contradictio, ejuſque argumenta in utramque partem recenſentur.

XIV.



- XIV. *Qua majoribus propterea cautelis roborata fuit.*
- XV. *Acquiescentibus quidem Cesareis, sed reliquis Catholicis eandem abrogationem tantisper limitantibus.*
- XVI. *Quorum tamen, & longius adhuc protracta Episcopi Hildesensis contradictione non attendita, abrogatio eadem demum conclusa fuit.*
- XVII. *Quae ejusdem proprium & juridicum effectum quidem sustulit, historicum tamen & illustratorium saluum reliquit.*
- XVIII. *Quem in defendenda communi Catholicorum circa Simultaneum Sententia exerit.*
- XIX. *Simultaneum duplici sensu bodie spectatum dividitur, ac definitur.*
- XX. *De Crudo quid sentiendum, exponitur.*
- XXI. *In Hildesensi Episcopatu idem, quod in aliis Imperii terris, locum habere debere, ex Sententia STRUBENII facile consequitur.*
- XXII. *Verius autem contrarium ex Actis & specialibus Causis allegatis ostenditur.*
- XXIII. *Quae speciales Cause prolixius explicantur.*
- XXIV. *Unde infirmitas conclusionis ex Episcopatu Hildesensi ad reliquas Imperii terras derivata demonstratur.*
- XXV. *Prætermisso Simultaneo crudo, ad solum innoxium ita dictum præsens Dissertatio convertitur.*
- XXVI. *Confectio anteriorum Pactorum Hildesensium ante Pacem Westph. liberrimam hujus introductionem cum ampliori favore ex Pace Religiosa competiisse, ostendit.*
- XXVII. *Id quod multo fortius confectione Recessus Brunsvico-Hildesensis confirmatur.*
- XXVIII. *Ex quo Argumentum efficax conficitur, a Pace Religiosa tanquam basi ad Pacem Westph. tanquam ejusdem declarationem duntaxat, non abrogatoriam, deductum.*
- XXIX. *Abrogationis vero Recessus Hildesensis petitio & tractatus prævii perpetuam duntaxat retentionem & exercitii & templorum*



plorum in Anno Normali possessorum undique intentam fuisse, diserte commonstrant.

XXX. Idipsum ex addita petita abrogationis dicti Recessus ratione, quod nimirum observantia Anni Normalis instar regulæ haberi debeat, luculentius evincitur.

XXXI. & XXXII. Cujus sensus prolixius, pleniusque declaratur.

XXXIII. Mutuæ quoque sequelarum remonstraciones, ubi Catholici huic abolitioni fortius restitère, ac præcipue ADAMI ADAMI Reflexiones,

XXXIV. Uti & primæ Doctoris KUNNECKE Propositiones & concepta ex primo earum profectu latitæ idipsum ostendunt.

XXXV. Quo & ejusdem pro memoria postea oblatum, & ADAMI ADAMI præcipue Reflexionibus oppositum pertinet.

XXXVI. Ulterius natura negotii ipsiusque Recessus abrogati tenor,

XXXVII. Uti & effectus, quem abrogationi huic LAMPADIUS asseruit, liquido comprobant.

XXXVIII. Quibus proprius & usitatus eo tempore hujus vocis: Simultaneum, significatus, a moderno largius latiusque accepto diversus, suffragatur,

XXXIX. A LAMPADIO non obscure quidem, sed præter mentem Catholicorum & Hildesiensium, ad confirmationem tamen hodiernæ eorundem Observantiæ non mediocrem, præallegatus.

XI. Existimata quedam ex eodem LAMPADIO difficultates dissolvuntur.

XLI. Ex rebus gestis in Hildesiensi præsertim Episcopatu Pacem conclusam subsequitis & famigerata Capuccinorum Causa, datisque desuper VOLLMARI litteris, & secundo ejusdem eventu Simultaneum innoxium nequaquam prohibitum fuisse colligitur.

XLII. Extra terras Hildesienses Simultaneum etiam crudum non tam illimitate prohibitum, sed res amicabili partium com-

B

positioni



positioni pro diversitate circumstantiarum subjienda videbatur.

- XLIII. *Ex ratione nimirum æqui & boni, atque ut Pax & stabilita per eandem comis utriusque partis dissidentis Cohabitatio conservaretur, Simultanei crudi conditio æstimanda existimabatur.*
- XLIV. *Quæ ratio Simultaneum innoxium, sive nudam Religionis Domini in loca, à diversa Religionis Subditis Anno Normali habitata cum constructione separatarum Ecclesiarum introductionem nequaquam attingit.*
- XLV. *Argumentum ex Litteris Circuli Saxonici inferioris refertur, & dissolvitur.*
- XLVI. *Aliis argumentis generatim & remissive respondetur.*
- XLVII. *Argumentum ex præfigurato turbarum periculo deductum refertur.*
- XLVIII. *Quod tanquam unicum a Doctoribus hodiernis solidioribus, habitualem statum Anni Normalis non admodum probantibus, adoptatum saltem substantiæ Simultanei innoxii Catholicæ Religionis non obstat.*
- XLIX. *Quid? quod nec rituum externorum moderationem stricto jure debitam evincit.*
- L. *Adjecta principiorum quorundam irregularium in Anti-Vindiciis Hildesiensibus perperam præsuppositorum epicrisi concluditur.*





## §. I.



Postquam funestum Religionis dissidium in universas fere, Religio in  
Germania.  
 qua late patet, Imperii Romano Germanici terras in-  
 ventum Status ab Imperatore, eosdemque inter sese, sub-  
 ditos à Statibus, quin & subditos à subditis, aut cives à  
 civibus, itaque totam Germaniam à se ipsa divisit; ut ipsa illa in Reli-  
 gione dissensio mutuae totius corporis & membrorum inter se unioni,  
 vix non penitus jam dissolutae, posthac non amplius obesset, extre-  
 mum aliàs illi exitium allatura; Religio eadem, nulli licet hominum  
 dispositioni & arbitrio ex indole sua subiecta, quoad suos tamen effe-  
 ctus externos Pactorum materies frequentissima evasit. Nec enim ali-  
 ter dissentientes inter sese animi conciliari, & mutua Religionum Jura Ex ratione  
speciali Pa-  
ctis obno-  
 ordinari facile poterant, nisi sponte ipsi sua denuo coalescerent, &  
 consensu mutuo ad unam saltem societatem civilem, servandae quieti  
 & tuendae tranquillitati publicae natam, reunirentur, quamvis in sua  
 Deum colendi ratione, & iis, quas diversi diversas sibi persuaserant,  
 salutis aeternae consequendae viis, longissime à sese invicem disjuncti  
 persisterent.



## §. II.

**Pacta alia.** Hac ex ratione Pacta plura circa Religionem *universalia*, sive *universalia*, ter Imperatorem & Status Catholicæ Religioni addictos ex una, Status autem Protestantes ex altera parte, quandoque etiam cum extraneis Potentiis, vel ab Imperio, vel à Statibus inita, quibus quies & tranquillitas publica totius Imperii restitui voluit, fuere profecta. Atque hæc ipsa sunt Pacificationes publicæ Imperii, quarum vix ulla jam inde ab illo Reformationis sic dictæ tempore ad nos usque condi potuit, quæ non aliquam quoque Religionis mentionem faceret, deque illa vel subditis, vel Statibus, prospiceret. Recententur hæc inter Transactio Passaviensis de Anno MDLII., & insecuta mox Anno MDLV. Pax Religiosa, dein Pax Westphalica, sive Osnabrugensis, quæ fere omnem Sacrorum diversorum in Germania statum aut normam definit, stabilitque. Alterius exemplum præbet Pax Monasteriënsis, Religioni Catholicæ in Alsatia & Sundgovia Regi Galliæ concessa securitatem *Art. X. §. 25.* servans. Sicut & postea Rex Galliæ LUDOV. XIV. in Pacis Ryfwicënsis *Art. IV.* cavet, ut in locis à se restitutis Religio Catholica occupationis tempore inuenta in statu, quo factæ restitutionis tempore fuerat, permaneret.

## §. III.

**Alia particularia.**

Sed nec *particularia* desunt, aut desuerunt unquam circa Religionem Pacta, inter Dominos Territoriales singulos, eorumque Status Provinciales aut subditos, quandoque rursus inter tertios, in horum tamen favorem inita. Quamvis enim Sacrorum in Germania ratio universim Pragmaticis illis Imperii Sanctionibus fatis sit definita; particulares tamen atque diversas in singulis Territoriis quo minus recipiat determinationes, non prohibuerunt, quibus aut subditi, aut Domini de suis iuribus aut libertatibus per illas concessis quiddam remittunt. Atque hæc sicut in ipsa adeo Pace Westphalica speciatim quoad terras tum oppignoratas *Art. V. §. 27.*, & generatim quoad reliquas etiam Imperii terras *Art. eodem V. §. 31.* diserte adhucdum permiffa sunt, & præservata, ita ante hanc Pacem conclusam, sive tempore post Pacem Religiosam ad illam usque intermedio frequentissima occurrunt, quæ inter specialem semper notam penes Eruditos omnes mereri visa fuerunt.

**Pace Westphalica.**  
vel anteriora, vel posteriora.

fuerunt Pacta Hildesiensia. Hæc autem rursùm plura sunt, quæ diversæ ejusdem Episcopatus vicissitudines, pleræque rei Catholicae admodum funestæ, pepererunt: quas ipsas ad meliorem Pactorum illorum notitiam & dijudicationem faciliorem strictim percensere, operæ pretium ducimus, quin & necessarium prorsus existimamus.

## §. IV.

Prima hujus Episcopatus vicissitudo ipsis Reformationis sic dictæ <sup>Diffidatio-</sup> auspiciis coæva ad Annum MDXIX. reducitur. Gliscebant jam ali- <sup>nis Hildesi-</sup> quamdiu, ad votum præcipuè FRANCISCI I. Galliarum Regis, ad <sup>ensis occa-</sup> turbas domesticas in interiori Germaniæ parte tum excitandas quam <sup>si.</sup> maxime intenti, Episcopum Hildesiensem JOANNEM inter & Duces Brunsvicenses ob dubietatem finium inimicitia, à Nobilibus quibusdam, præcipue BURCKARDO DE S'ALDERN ejusque hæredibus, resuscitata, Brunsvicensium, & FRANCISCI Episcopi Mindani eisdem assistentium armis ac viribus auctæ, atque in apertum denique bellum succensæ. Reluotionem enim Præfecturarum quarundam à Nobilibus jure pignoris detenturam cum cogitaret JOANNES, & ex parte obtineret; hanc isti ægerrime ferentes, inito cum Ducibus Brunsvicensibus & Episcopo Mindano fœdere, ad pugnam se accingunt, cujus actualis quoque commissio non diu multumve absuit. Armorum vero forte Episcopo favente & cæsis Ducum copiis, iisdemque in captivitatem redactis, CAROLUS V. Imperator ipso pugnae commissæ die interea electus captivorum inter alia relaxationem sub pœna Banni eidem <sup>Banni sen-</sup> injunxit, quin etiam adversus reluctantem, tanquam violatæ hac <sup>sentia,</sup> tione pacis publicæ reum, ejusdem sententiam mox protulit, cujus executionem Ducibus ipsismet, simulque Regi Daniæ CHRISTIANO II. & execu- <sup>tio.</sup> demandavit.

Vid. LUNIG: *Teutschen Reichs: Archivs Contin. I. 3ter Fortsetzung* eilfter Absatz vom Stift Hildesheim pag. 169.

Idem in *Contin. Spicil. Eccles.* pag. 527., ubi & Patentes ejusdem ad omnes Imperii Status, & aliæ ad Regimentum Imperii Norimbergense datæ referuntur.



His porro uti nihil jucundius ac volupe magis accidere potuit, quam propitiam adeo occasionem ulciscendæ, superiori etiam autoritate, veteris offensæ nancisci, ita & facillimum fuit, Episcopum, omni pene auxilio destitutum, extremas & eas quidem in angustias redigere, ut præter Hildesiam & Præposituram Ecclesiæ Cathedralis, nonnisi tres arces, Payna, Steuerwald, & Marienburg ipsi supereffent, reliquum Episcopatum Brunsvicenses occuparent. Unde hæc pars Ducibus parens *Major Diæcesis*, illa Episcopo relicta *Minor* appellari cœpit.

### §. V.

Majoris  
Diæceseos  
inter Brun-  
svicenses  
partitio

& varius  
circa sacra  
status.

*Majorem* illam Duces Brunsvicenses ita inter se diviserunt, ut octo Præfecturæ ab HENRICO Juniore Principatui Brunsvico-Guelpherbyitano, ab ERICO Seniore quatuor Ducatui Calenbergensi incorporarentur, atque unirentur. Uterque Religioni Catholicæ addictus, à LUTHERO vero, ejusque affectis admodum alienus, sic dictæ Reformationi, aut novitiarum circa sacra opinionum propagationi parum favit. Non obstante tamen HENRICI renitentia, ubi illum Anno MDXLII. ditionibus suis spoliare & exuere Electori Saxonico JOANNI FRIDERICO & PHILIPPO Hassiæ Landgravio è votis successerat, per totum illum Ducatum, atque octo præfatas Satrapias Hildesiensis huic addictas Religio Protestantica, constitutis hunc in finem Ministris A. C. addictis, late propagata, & his quoque postea ab eodem HENRICO juniore Anno MDXLVII. denuo restituito ejectis, tantisper repressâ, sub ejusdem tamen filio Duce JULIO A. C. defensore acerrimo resuscitata revixit, & diffusa latius Principatum omnem occupavit. In quatuor vero illas Præfecturas Calenbergensi Ducatui unitas, invito licet Duce ERICO Seniore Calenbergensi, sensim & lentis ferè gressibus irrepsit, sub ejusdem vita functi vidua ELISABETHA Brandenburgica longius progressa, sub ERICO Juniore ejus filio, utut ad Religionem Catholicam reverso, secunda substitit, & postea sub Duce JULIO Brunsvico Guelpherbyitano superius memorato, qui ERICO Calenbergensi improli successerat, conservata posthac, & ad ipsa usque belli tricennalis tempora imperturbata remansit.

### §. VI.



## §. VI.

*Minor* e contra Diœcesis præter Praposituram Ecclesiæ Cathedralis solas tres Præfecturas supra dictas complectens aliquanto securior ab omni novatione sub pedo Episcopali conquiescere posse ab inito & primo intuitu videri poterat; quin & reapse fuisset, si potentia & nata inde Authoritas id suffulisset. Episcoporum enim zelus haud deerat, cum nec JOANNES supra memoratus, nec ejusdem Successor VALENTINUS Anno MDXXXVII. electus, cujus in tuenda doctrina Catholica extremos conatus

Minoris  
Diœceseos  
sic dicta re-  
formatio.

SECKENDORFF in *Hist. Lutheran. Lib. I. f. 69. & Lib. III. f. 121.*

commemorat, suas hic partes desiderari patiebantur; dummodo robur, quod extranei comederant, non defecisset. In ipsis enim Episcopi oculis eodem Anno MDXLII., quo *Majoris* Diœceseos HENRICO Duci creptæ magna pars Saxonis & Hassi armis simul, & LUTHERI Dogmatis cessit, urbs quoque Hildesiensis avitam Religionem deseruit, & secum Satrapiam Peinam sibi oppignoratam ad eadem LUTHERI castra pertraxit; hanc vero utut ab Episcopo FRIDERICO ex domo Holfatica oriundo cum pactis & stipulatis reliquendæ ibidem Religionis Protestanticæ conditionibus pignore liberatam, frater tamen ejusdem ADOLPHUS Dux Holfatiæ rursus pignoris loco unâ cum alia Præfectura Steuerwald detinuit, & quæ jam cœpta ibidem fuerat, Reformationem sic dictam perfecit, consummavit, atque latius propagavit, adeo, ut utraque Episcopatus Hildesiensis pars à se ipsa in dogmatis avitæ fidei nunc penitus discreparet.

## §. VII.

*Minor* hæcce pars, uti inopia Episcoporum cogente sæpius in partes discerpta, & pluribus vicissitudinibus obnoxia, ita & plurium Paetorum circa Religionem, vel cum subditis, vel cum aliis vicinis in-eundorum, ansam & occasionem dedit. Nulla enim partium, ut diximus, decerptarum restitutio facta fuit, quæ non duris satis circa Augustanam Confessionem ibidem tuendam, ac retinendam conditionibus

Paetor  
quoad mi-  
norem Diœ-  
cesin inita-  
indicantur.

MUNI-



munita fuerit. Ita nimirum FRIDERICUS Episcopus supra dictus urbi Hildesensi in reuultione Satrapiae Peinæ 18000. Imperialibus facta libertatem retinendæ Augustanæ Confessionis tum Civibus Hildesensibus, tum Satrapiae prædictæ incolis, tum reliquis subditis stipulari debuit. Non minus ejusdem Successor BURCKARDUS, qui à Duce Holfatico Satrapiam Steuerwald reluit, eodem Pacis genere sese obstrinxit, quod & ejusdem Successor ERNESTUS è Ducibus Bavariæ Anno MDLXXXI. iteravit, atque in publicis Statuum Provincialium Comitibus firmavit; quod ipsum idem Episcopus ERNESTUS intuitu subditorum Satrapiae Peinæ adscriptorum in ejusdem reuultione Duci Holfatico, editis eam in rem reversalibus litteris, promisit. Atque hisce in Pactis utriusque partis, tam Catholicorum, quam A. C. addictorum, quies & tranquillitas, comis & pacifica cohabitatio ad ipsa usque belli tricennalis initia, imo & fere ad medium usque, satis firmiter innitebatur, ut privatorum quorundam ausibus incompetenter turbata, ipsorummet tamen Principum ac Episcoporum, & sua Jura, & subditorum libertatem semel indultam defendentium, autoritate restitueretur, atque conservaretur. Unde evenit, ut non minus, imo æque in *minori* hac Diœcesi Pactis & voluntate Principum Episcoporum, si non omnino liberali & spontanea, saltem vera & malis majoribus cedente, quam in *majori* Ducum Brunsvicensium præpotentia tum libertas, tum exercitium partim publicum, partim privatum Religionis, quæ ab Augustana Confessione nomen fortitur, vigeret, & ad ipsa usque belli tricennalis tempora persisteret.

### §. VIII.

Majoris  
Diœceseos  
per senten-  
tiam Came-  
ralem resti-  
tutio.

Ad *majorem* vero Diœcesin quod attinet, Episcopus ad jus suum, cum arma non amplius sufficerent, confugiendum censuit, & lite interea in Romana primum Curia sub Pontificibus ADRIANO VI. & PAULO III., cujus adeo sententia hac super controversia Anno MDXL. lata recensetur

à LUNIG in *Contin. Spicileg. Eccles. des Deutschen Reichs, Archiebis IV.* Absatz von Hochstiftern Num. VII. vom Hochstift Hildesheim pag. 531.

uti incompetenter, ita & frustra obmota, ideoque ad Cameram demum Imperialem Spirenses remissa & translata inter durantes etiamnum,  
imo

imo exasperari & diffundi latius modo cœptos belli tricennalis motus insignis ea contigit vicissitudo, ut eodem fere tempore, quo famigeratum illud Edictum restitutorium à FERDINANDO II. Imperatore prodiit, Anno nimirum MDCXXIX. Die XVII. Decembr., sententia à Camera Spirensi contra Brunsvicenses lata (quam referunt

GASTEL de Stat. Europ. Cap. XV. Num. 48.,

Et LUNIG. *Spicilegii Ecclesiastici des Deutschen Reichs. Archiev. Part. II. pag. 274.*)

emanaverit, eisque restitutionem Hildesienfium ditionum una cum omnibus appertinentibus, cum fructibus perceptis & percipiendis, damnis & Interesse imperaverit, in vim cujus Elector Coloniensis & Episcopus Hildesienfis FERDINANDUS non tantum possessionem Cæsareis etiam litteris munitam

Conf. LUNIG loco sup. cit. pag. 276.

recuperavit, sed & Reformationem, quantum Pacis Religiosæ littera & mens permiserat, cœpit, & parum attenda Statuum Provincialium Augustanæ Confessione addictorum per Deputatos contradictione continuavit, felici præterea armorum Cæsareorum successu fretus, atque Belli Ducis Cæsarei PAPPENHEMII, urbe ipsa Hildesienfi postea potiti, auxiliis suffultus eo, quod Pax Religiosa singulis Statibus asseruerat, emigrationem dissentientibus in Religione subditis imperandi arbitrio, per ejectionem præcipue Ministrorum verbi, queis Pastores Catholicos per Episcopum Osnabrugensem surrogabat, ad tollendum ibidem Religionis, quæ ab Augustana Confessione nomen habet, exercitium interea investum utebatur, successu tamen, uti varia fuit armorum Cæsareorum & Protestantium fortuna, admodum vario & instabili.

## §. IX.

Neque Duces Brunsvico-Luneburgenses hisce Episcopi Hildesienfis conatibus, imo nec ipsi quoque sententiæ Camerali facile acquieverunt, sed impetrata, quam FRIDERICUS UDALRICUS quæsierat, revisione, potius amicabilem sibi viam ineundam existimantes, Gosla

Transactio-  
ne Brunsvi-  
co-Hilde-  
sienfi de-  
mum con-  
summata.

C



riæ Anno MDCXLII. transactionem obtulere, atque instituere, Anno proxime insequenti MDCXLIII. Brunsvici consummatam atque conclusam, quam, inter ipsa protracta atque nutantia huc illucque belli & pacis consilia, Cæsar Guelpherbyto potitus plurimum promovit, eoque (cum ipse haberet, quo reluctantes compellere valeret) rem facilius redegit, ut Episcopatus in eum fere statum, quo Anno MDXIX. gavisus fuerat, restitueretur. AUGUSTO enim Juniori Duci, Novo hujus Lineæ Fundatori, Guelpherbytum reddidit; hic vero cum suo cognato CHRISTIANO LUDOVICO Calenbergæ Duce Hildesienfis Episcopatus ditionem Colonienfis Electori tanquam Præfuli Hildesienfis reddere debuit, quatuor tantum Præfecturis, nempe Coldingen, Luttern am Bahrenberg, Weckerhoff, & Dachmiffen jure feudi receptis.

## §. X.

Recessus  
Brunsvico-  
Hildesien-  
fis confe-  
ctio, & te-  
por.

Hæc demum insignis ea est & felicior cæteris Episcopatus Hildesienfis vicissitudo, quæ præsentis, quod dilucidandum exponitur, Thematî præcipue subservit, atque ad lucem eidem afferendam omnino necessario prænotanda venerat, utpote cui illa, de quibus hic quaritur, & Pacis Westph. Art. V. §. 33. mentio prorsus singularis inserta conspicitur, transacta debentur. Ipsi enim Transactioni supradictæ de restituenda *majori* sic dicta Diœcesi cum Ducibus initæ alius adjectus fuit Recessus circa Religionis negotium sequentia disponens, Art. I. & Art. V. "Lassen aus sonderbahrer Begierde und Neigung zu den heylsamen Frieden Wir der Chur-Fürst und Wir Dom-Probst, Dom-Dechant und Capitul Gemein Krafft dieses zu und concediren, daß das Exercitium publicum Augustanæ Confessionis, wie dieselbige Confession Anno 1530. zu Augspurg von Chur-Fürsten, Fürsten, Ståndten, und Stätten, so sich der Zeit dazu befand, Kayser Carl V. Glorwürdigsten Andenkens übergeben worden, wie auch dieselbige unter den abgelebten Herrn Herzogen zu Braunschweig, Lüneburg, Wolfenbüttel, und Calenbergischer Linie im berührten Stifft und bis jeko im Schwanggangen in demselbigen Stiffte, die in dem Haupt-Recess für den Schwang 70. und die übrige Unterthanen 40. specificirte Jahre über öffentlich an Lehren, Kirchen-Ceremonien, und was davon dependiret, gebraucher, und verübet: Auch die Pfarrherrn, Schul- und Kirchendiener, dero-  
"selb

" selben Wittiben, und andere geistliche Personen bey ihrer immunität,  
 " Frey: und Gerechtigkeit, in realibus & personalibus gelassen werden  
 " sollen. Et *Art. V.* Als auch Wir der Chur: Fürst darauf hart und  
 " vest bestandt, daß das Exercitium Catholicæ Religionis zugleich  
 " und noch bey wehrenden verwilligten Jahren introduciret, auch nach  
 " Absterben eines oder des anderen Evangelischen ein Catholischer Priester  
 " wiederum angesetzt und bestellet werden sollte; Wir die Herzogen aber in  
 " solche Surrogation nicht gehelen können, als ist durch mühesame Inter-  
 " position deren Kayserlichen Herrn Interpositoren endlich dahin vermitt-  
 " let, und abgeredet, daß es die vorgedacht verwilligte Zeit und Jahre  
 " über, bey dem libero & publico Exercitio Augustanæ Confessionis sein  
 " Verbleiben habe; doch Uns dem Chur: Fürsten als Bischöffen zu Hil-  
 " desheim, unseren Successorn und Mitbeschriebenen das publicum exer-  
 " citium Catholicæ Religionis darneben überall in denen abtretenden  
 " Stätten, Flecken und Dörffern solcher Gestalt einzuführen frey stehen,  
 " daß, wosern an einem Orte zwö Kirchen fürhanden, diejenige Kirche  
 " denen Evangelischen verbleiben, darin sie bishero ihren Gottes: Dienst  
 " verrichtet, die andere aber den Catholischen anzurichten zugelassen seyn  
 " solle; an den übrigen Orten aber, wo allein eine Kirch, soll beyden  
 " Theilen in derselbigen auf gewisse Zeit und Stundre, wie sie sich dessen  
 " zu vergleichen, ihren Gottes: Dienst (jedoch daß ein Exercitium das  
 " andere nicht verhindere) zu üben unbenommen, sondern in Krafft dieses  
 " zugelassen seyn, dero Behuef sowohl denen Catholischen, als Evangelischen  
 " der Beicht: und Predig: Stuhl, Lauffe, Glocke, Schlüssel, Kirch:  
 " Hof, und zu der Sepultur gehörige Derther gemein verbleiben; In des-  
 " nen Clößtern aber das Exercitium Catholicæ Religionis allein eingefüh-  
 " ret, und geübet werden solle. *Similia hisce, imo longe majora con-*  
 " *tinet atque præservat Art. XI.* Wann obbestimmte Jahre und Zeit  
 " vorbey, wollen Wir der Chur: Fürst, unsere Successores, oder, Se-  
 " de vacante, ein Dom: Capitul dieses bis dahin verwilligtes Exercitium  
 " Augustanæ Confessionis ferner zu indulgiren nicht verbunden seyn, son-  
 " dern Uns alsdem freye Macht und Gewalt fürbehalten, und reserviret  
 " haben, in diesem größeren Stifft das Exercitium Catholicæ Religionis  
 " einzuführen, denen aber, welche solchem sich nicht bequemen oder accom-  
 " modiren wollen, den freyen Abzug, vermöge dieses Accords auch des  
 " Religions: Friedens die Bersilberung und Verkaufung ihrer Güter ge-  
 " gen gewöhnlichen ziemlichen Abtrag der Nachsteueren verstaten zu lassen;  
 " es wäre dann Sach, daß einer oder der andere von Uns Chur: Fürsten



„ oder unseren Successoren ein anderes erhalten würde. „ Quæ omnia brevior quidem, sed & nervosior compendio præmonstraverat Recessus ipsemet Principalis ad Politicæ & restitutionem præcipue pertinens, hunc vero Recessum Religionis tanquam secundarium prævie authorizans & *Art. XVII.* diserte disponens: Zum siebenzehenden, obwohl Wir die Herzogen gerne gesehen, und an unserem fleißigen Anhalten, Nüchternhaltung und Sorgfalt nichts erwinden lassen, daß die in dem also genannten Stift Hildesheim belegene, und in der Restitution mitbegriffene Klöster, Adelige Landesassen, Aemter, Städte, Flecken und Dörffer samt allen deren Eingefessenen bey dem freyen Exercitio publico August. Conf. zu ewigen Zeiten gelassen werden mögten; und aber Wir der Churfürst als Bischoff, und ein Rhum: Capitul zu Hildesheim solches gar nicht eingehen können, ja vielmehr die ganze Handlung zerbrechen, und unfruchtbarlich abgehen lassen wollen, so haben wir die Herzogen auf gepflogene reiffliche Berathschlagung, was nicht zu erheben, oder zu ändern gewesen, es endlich dahin kommen lassen müssen, daß Wir der Churfürst als Bischoff zu Hildesheim und Rhum: Capitul, so viel die Religiosos und Klöster betrifft, auf sonderbare Recommendation der Herrn Herzogen, und weil ohne das der Scopus dieser ganzen Handlung dahin gerichtet, daß ein jeder zu demjenigen, was er in Anno 1519. gehabt (so weit kein anders in diesem Haupt- und Neben: Recess verglichen) restituiret werden solle, uns hiemit dahin erkläret, diejenige Klöster, so Uns Inhalts dieser Transaction eingeräumet werden, mit denen Religiosis besetzen lassen wollen, welche Rechtswegen dahin befugt; denen von Adel aber, so in Unserem Stift sesshaft und von Zeiten der Fehde unter den Herzogen zu Braunschweig gewesen, nunmehr aber abgetreten werden, indulgiren und verstaten wir hiemit das liberum & publicum Exercitium Augustanæ Confessionis, wie dieselbe bishero in diesen Fürstenthümen und Landen im Schwange gangen, dieser Gestalt, daß sie selbiges für sich, ihre Weiber, Wittiben, Kinder, Gesinde, Diener, und Hausgenossen gebrauchen mögen, allermänniglich unbehindert von der Zeit, wann die Extraditio des Stifts geschehen wird, anzurechnen, die nächstfolgende siebenzig Jahr; denen übrigen in Städten, Flecken und Dörffern wohnhaften Unterthanen, ihren Weibern, Wittiben, Kindern, Hausgesinde, und ihren Nachkommen indulgiren und verstaten Wir gleichfalls besagtes liberum & publicum dictæ Augustanæ Confessionis Exercitium die nächstfolgende vierzig Jahr von jetzigen Termino Extraditionis an zu rechnen, also und dergestalt, daß obgemeldter Adel, und andere Unterthanen in solchem Exer-

Exercitio weder per directum, weder per obliquum betrübet, bedrengt, oder sonst in einigerley Weise oder Wege belästiget werden sollen, sondern solches publici Exercitii, wie auch der Kirchen, Schulen, Hospitälern, und aller derselben Gütern, Behausung und Intraden die Zeit über also genossen, wie sie selbige unter denen abgelebten Herrn Herzogen von Braunschweig, Wolfenbüttelischer Linie Anno 1625. genossen haben, jedoch dafern dergleichen Güter und Intraden sonst Uns dem Chur-Fürsten als Bischöfen zu Hildesheim und Unser Cleriker, Stifftern, und Clöstern Zeit wehrender der Herrn Herzogen Einhabung nicht entzogen worden. Damit auch solche Zeit über alles Christlich und ordentlich in Kirchen und Schulen, sowohl in Stätten, als auf dem Lande ergehen möge, hat man sich darüber eines Neben Recessus verglichen, welchen nicht weniger unverbrüchlich, als diesen Haupt-Recess nachgegangen werden soll. Dabey gleichwohl Wir der Chur-Fürst als Bischoff und Unsere Mitbeschriebene Uns vorbehalten, mit und neben dem Exercitio benannter Augspurgischen Confession die Catholische Religion auch innerhalb der bewilligten Jahren in unserm Stifte Hildesheim einzuführen, wie davon im Neben-Recess mit mehreren zu erschein. Unde hic etiam uterque Recessus inter Pacta Hildesiensia specialem atque precipuam præ requis omnibus considerationem meretur atque exigit; imo per excellentiam, aut Antonomasiam eorum nomine venit, quem nos ad facilitandam explicationem, & majorem a reliquis distinctionem *Recessum Brunsvico-Hildesensem* jure non immerito appellamus.

§. XI.

Sed quam lubrico steterint pede, ante Pacis Osnabrugensis conclusionem, Pacta ejusmodi, experientia testatur, quam diversis interpretationibus, quantis exceptionibus, imo & contradictionibus ac revocationibus obnoxia? Unde Catholicorum ad securiorem & maturiorem Pacis restitutionem & conclusionem, ejusque posthac confirmationem sub initium Tractatum ejusdem Pacis ea mens fuerat, ut omnia illa Pacta à Dominis Catholicis quomodocunque & cum quibuscunque in favorem subditorum suorum A. C. post Pacem Religiosam condita, ejusque derogatoria revocarentur, restituto Dominis Territorialibus pleno Jure reformandi, quod quoad utrumque effectum tam *expellendi alienam*, quam *introducendi suam Religionem*, in

P. W. Tractatus & dispositio ad Pacta generalium pertinentens.

C 3

Pace



Pace Religioſa iis aſſertum fuerat, & retento ſubditis ſolo ſtebili emigrationis beneficio, cui Pacta illa vel indultam ſaltem privatam conſcientiæ libertatem & autonomiam ita dictam, aut conſeſſum inſuper Religionis diſſentientis vel publicum vel privatum exercitium ſuperaddiderant. Ita enim Proteſtantibus, qui in ſuis Gravaminibus atque Poſtulatibus Pactorum cum ſubditis obſervantiam, & Privilegiorum circa Religionem iis indultorum perpetuitatem urgebant, reſponderunt Catholici: Und obwohl unterſchiedliche Hohe Catholiſche Stände aus freyen Willen und auf der Unterthanen eingewendete Bitte ihnen die Glaubens-Freyheit, auch die öffentliche Religions-Ubung vieler Orthen indulgiret, und geſtattet, in Hoffnung, daß ſie dardurch in mehrer Lieb gegen ihre Obrigkeit und beſſeren Gehorſam in Politischen Sachen Würden bewegt werden; ſo iſt doch im Gegentheil vielmehr verſpüret worden, daß ſie dardurch nur Anlaß zu Haß und Verbitterung genommen, ihren Obrigkeiten allen ſchuldigen Gehorſam verweigere, ja wohl um Landt, Leuthe, Standt, Würde, und allem zeitlichen Wohlſeyn zu bringen ſich unterſtanden. . . Welchem allen nach die Augſpurgische Confeſſions-Verwandte denen Catholiſchen ihren Mißständen Maas und Ziel mit Fug nit geben können, die Unterthanen bey ihrer Abtretung von der Religion, oder da ſie ſich zu derſelben nicht bequemen wolten, vermög des Hochbetheuerten Religions-Friedens klarer Diſpoſition zu der Emigration anzuweiſen. Propius deinde ad Proteſtantium petita accedentes ſola illa Pacta, quæ cum aliis Statibus inita fuerint, ſalva poſthac voluerunt in der hauptſächlichſten Erklärung über die Religions-Gravamina menſe Junio MDCXLVII.: Es werden auch alle zwiſchen Catholiſcher und Augſpurger Confeſſions-Verwandten, Ehr-, Fürſten und Ständen vor und nach dem Religions-Frieden vorgangene Particular-Verträge, obſchon darin ein Theil dem andern von ſeinen Rechten etwas remittirt hätte, auch res deciſæ von obgeſetzter General-Regul ausgeſchloſſen, und ſelbige Particular-Verträge in ihren Kräften unverrucket, und beſtändig gelassen. Als Proteſtantes in der ferneren Erklärung in puncto Gravaminum exceptioni huic obviam euntes addenda poſtularunt: Denenjenigen Unterthanen, welchen das publicum Exercitium Evangelischer Religion vermög der Ferdinandeischen Declaration de dato 24ten Septembr. 1555. zuſtändig, oder die ſie ſonſten per Pacta, Privilegia, oder langen Gebrauch erworben, und hergebracht, ſoll es nochmahlen gelassen, auch alle widrige gemachte Anordnungen, Urtheil, Transactiones, Accord, Revers, und dergleichen caſſiret, und aufgehoben ſeyn. Atque ita Pacta etiam cum ſubditis in favorem



favorem Religionis ejusque exercitii inita salva fore petierunt adeo, ut posteriora eorundem revocatoria cassarentur, & irrita haberentur, scilicet non tam Pactorum fidem & sanctitatem, quam subditorum favorem, & Augustanæ præcipue Confessionis securiorem stabilitatem, atque conservationem unice attendentes. Et licet Catholici supereminens superioritatis territorialis Jus reformandi, & necessariam subditorum emigrationem illi innixam denuo urgerent; Protestantes tamen, invento semel & statuto quoad restitutionem bonorum certo termino decretorio, etiam ad hunc Pacta eadem reduxerunt. Consensere quoque Casarei, at præter expectationem contradixerunt rursus reliqui Catholici, omissionem integrorum §§vorum 31. 32. & 33. *Art. V. Inst. P. W.* poscentes; veruntamen incassum: cum nihilominus Protestantium sententia prævaluerit, quæ Pacta ante Pacem conclusam inita tantum illa servari voluit, quæ observantiæ Anni Normalis non essent contraria; omnia vero Pace conclusa anteriora, quæ eidem adversantur, revocavit, uti diserte §. 33. decernit, potestatem tamen superius §. 31. assertam relinquens Dominis & subditis, ut post Pacem promulgatam novis inter se Pactis aliter convenire liceret, quæ posteriora ipsi quoque observantiæ supra dictæ prævalere posthac, & derogare possint.

## §. XII.

Hæc de Pactis generatim in Pace Westph. disposita fuerunt. Atque eandem cassationem & revocationem de Pactis anterioribus Hildesimbis, quoad *minorem* Diœcesin, occasione diversarum ejusdem vicissitudinum, conditis intelligi, Catholicorum ipsorummet atque votum jam pridem, sed alio tamen prorsus sine expetierat, uti prima eorundem postulatio, qua, sublatis quibuscunque Pactis, omnia ad terminos Pacis Religiosa reduci desideraverant, testatur. Non enim poterant non assentiri istorum abolitioni, quia hæc ampliores Pace Religiosa favores, exclusa videlicet emigrandi necessitate, ipsum quoque Religionis à Domino dissentientis exercitium, aut permanendi salutem stabilitatem subditis acquisiverant. Alia autem Protestantibus inurgenda eorum abolitione mens fuit atque intentio, ut videlicet substituta Anni Normalis observantia, tanquam firmiore ac certiore, nullisque exceptionibus obnoxia determinatione, mutux concordix, maxime vero subditorum Religioni amplius, stabilius & securius esset consultum.

Neque

Factorum  
ad minorem  
Diœcesin  
pertinenti-  
um abrogatio,



Neque Catholici diutius certi hujusce termini constitutioni resistere poterant, sed tandem acquiescere debebant, postquam jam semel illum quoad restitutionem bonorum acceptando approbârant, & Pacis tamdiu jam dilata, tantisque votis utrinque expectatæ studiosi protrahores dici, aut videri noluerant.

### §. XIII.

Acrior circa abrogationem Recessus Brunsvico-Hildesienfis contradictio.

Argumenta Catholicorum

Et adversa Protestantium.

Majoribus vero contradictionibus Catholicorum, Electoris præcipue Colonienfis, qua Episcopi Hildesienfis, impugnabatur proposita à Protestantibus Recessus supra dicti cum Ducibus Brunsvico-Luneburgicis quoad *Majorem* Diœcesin initi abolitio, utpote qui, temporario duntaxat, *XL.* nimirum, vel *LXX.* annorum exercitio subditis relicto, propius ad Pacem Religiosam accesserat, atque cum inter Statum & Statum initus esset, ex ipsorum generali regula superius asserta majorem stabilitatem mereri videbatur, præsertim cum sub alienis Dominis, quales per sententiam Camerae Spirensis Duces Brunsvico-Luneburgici agniti & declarati fuere, per possessionem Exercitii subditis interea acquisitam eminenti Domini proprietarii & legitimi Juri Reformandi præjudicari tam graviter nequaquam debuerit. At vero hujus quoque abrogationem, quantum ad Exercitium Religionis attinebat, æque forti contentione per Syndicum suum, Doctorem KUNNECKE, Osnabrugam missum urgebant Protestantes Status Provinciales & subditi, Suecorum & aliorum Augustanæ Confessionis Statuum & Legatorum, omnem exceptionem termino decretorio adversam recusantium, auxilio ac patrocinio freti, eoque & ipsi, sed inverso nixi argumento, quod per Pactum à Tertiis, Ducibus videlicet Brunsvicibus cum Episcopo, tanquam Domino Territoriali, initum, subditorum Hildesienfium possessioni in Anno MDCXXIV. habitæ præjudicium generari æque non potuerit, vel non debuerit. Imo hujus ipsiusmet Syndici propositio, vel sollicitatio potissimum id effecisse videtur, ut Status Augustanæ Confessionis addidit tanta animorum & virium, ut supra dictum est, contentione generatim Pactorum subditis adversantium abolitioni, eorumque ad terminum decretorium reductioni insisterent, hac generali abolitione ipsum etiam Recessum Brunsvico-Hildesiensem comprehensum censentes.

### §. XIV.



## §. XIV.

Et inde quoque fuit, ut inter reliquos exercitio suæ Religionis perpetuo posthac gavisuros etiam Hildesienfes nominatim exprimerent. Hos autem cum Catholicis in *Projecto suo* omisissent, advertente & momente idipsum SALVIO Legato Suecico, eosdem generali regula sufficienter comprehensos VOLLMARUS respondit. Quia vero expressam hujus præcipuè Recessus confirmationem in Pace stabiliendam petiit Elector Colonienfis; ipsi potius generalitate verborum, & sola illa Regula universalis comprehensione non contenti, specialem hujus mentionem disertis verbis inseruerunt in finali Declaratione, vulgo *Endlicher Erklärung*, in Puncto Gravaminum de XXV. Febr. MDCXLVII. "Ungeachtet und ungehindert aller darwider ergangenen Urtheile, Reversalien, Accorden, Transactionen, und darunter insonderheit des Braunschweigischen Haupt Recessus, und darüber Anno 1643. zum Nachtheil der Stifft Hildesheimischen Landschafft und Unterthanen aufgerichteten Religions-Recess, und allen anderen vorher und nachgehends der Religion zuwider mit und ohne Consens der interessirten erpreßten Pacten, oder sonst aufgerichteten Verträge etc." Catholicis econtra renuentibus, & in declaratione ultima, Cæsareorum die V. Martii Suecis exhibita

Cautelæ  
Protestantium in concordanda  
hujus abrogationis.

Apud MEIERN *Act. P. W. T. IV. p. 143.*

contrariam prorsus formulam inferentibus: *Pacta, Transactiones, Conventiones, & permissiones, sicut nominatim ea, quæ hoc nomine ab Electore Moguntino cum civitate Erfordia, itemque Colonienfi de Episcopatu Hildesienfi cum Ducibus Brunsvicensibus pacta sunt, rata illa, atque firma permanento, nec ab iisdem, nisi mutuo paciscentium consensu, recedere liceat.* Et cum postea tantum Catholici expressam hanc mentionem omitterent, id subito animadvertebatur in differentiis inter media compositionis Protestantium, & media à DD. Cæsareanis proposita, omisam esse exemplificationem Pacti Colonienfis de Episcopatu Hildesienfi, indeque formulæ Protestantium de autonomia subditorum Imperii Suecicis Legatis exhibita hæc inferebantur: *Non attentis, sed annihilatis omnibus Anni MDCXXIV. Observantiæ, utpote quæ vel sola inslar regulæ obtineat. contrariis latis Sententiis, Reversalibus, Pactis, quibuscunque Transactionibus, & quæ Episcopus Hildesien-*

D

desien-



*defiensis, & Duces Brunsvicenses & Lunenburgenses de Religione Statuum  
& subditorum Episcopatus Hildesiensis nonnullis Pactis Anno MDCXLIII.  
transegerunt.*

§. XV.

Cæsareano-  
rum ac-  
quiescentia.

Catholico-  
rum reli-  
quorum  
contradi-  
ctio,

Hæc formula sive Clausula tandem à Cæsareis post diuturnam ac  
pertinacem ipsorummet renitentiam acceptata fuit. ADAMO ADAMI  
tamen, plurium Prælatorum Legato Rei Catholicæ admodum zelo-  
so, mala ex abrogatione hujusce Reccessus Catholicæ Religioni immi-  
nentia efficacius remonstrante, Catholicis de prodiga Cæsareorum li-  
beralitate conquerentibus, præprimis vero Electori Colonienfi, cujus  
potissimum res agebatur, plurimum displicuisse dignoscitur. Festinan-  
ter enim ac plane tumultarie magnam partem absque scitu Catholico-  
rum, eorum etiam, quorum specialius intererat, maximam vero par-  
tem citra universorum consensum eandem à Cæsareis acceptatam, fuisse  
conquesti sunt, & Cæsareanos nimix facilitatis, præreptionis & præ-  
cipitantiæ non semel infimularunt,

Referente eodem ADAMO ADAMI *Relat. Hist. Cap. XXIV.  
ff. XXI.*

Unde Projectum aliud Instrumenti Pacis a Cæsareis denuo Suecis ex-  
hibiti XXIX. Jan. MDCXLVIII.

Apud MEIERN *Tom. IV. pag. 962.*

Et limita-  
tio.

exhibuerunt hisce verbis conceptum: " Cum autem in Episcopatibus  
" Magdeburgensi, *Hildesensi*, Osnabrugensi, Mindano & Halbersta-  
" diensi Anno MDCXXIV. non solum Catholicæ Religionis, sed etiam  
" Augustanæ Confessionis exercitium publicum in usu fuerit, porro  
" etiam maneat, ita quidem, ut nobilitas & subditi Episcopatus Hil-  
" desiensis, non obstante Transactione inter Dominum Episcopum &  
" Duces Lunenburgico Brunsvicenses inita, qua exercitium Augustanæ  
" Confessionis dictæ nobilitati ad LXX., subditis vero ad XL. dunta-  
" xat annos permittitur, eodem exercitio indefinito tempore gaude-  
" re, pariterque in possessione Ecclesiarum, Scholarum, Hospitalium,  
" eoque

eoque pertinentium bonorum, ædificiorum & proventuum, quem admodum eadem de iisdem disponit, relinqui debeant, reliquis ibidem contentis in suo vigore permanentibus." Quibus sane verbis, indulta exercitii subditorum Protestantium perpetuitate, in reliquis Reccessum vigere voluerunt; adeoque partialem ejus abrogationem duntaxat admiserunt.

## §. XVI.

Quid? quod Elector Colonienſis Legato ſuo Cancellario **BUSCHMANNO** in mandatis diſerte dederat, ut alteram Reccessus ejusdem par-  
Finalis ab-rogationis  
concluſio.  
tem, quoad Simultaneum attinebat, publica etiam lege expreſſe firmari  
denuo allaboraret.

Vid. **MEIERN Tom. V. pag. 514.**

Cujus propterea oppoſitione ipſam etiam Tractatum continuationem turbatum iri, non parum metuebant Cæſarei. Et reapse quarta adhuc Mart. Anno MDCXLVIII., paucis videlicet ante plenam puncti Autonomiæ Concluſionem diebus, in eadem ſua proteſtandi inſiſtentia perſeueraverat.

Vid. **IDEM ibidem pag. 535.**

Demum vero hac non attendita, relictis tamen expreſſe Catholicis novem Monasteriis, quamvis Anno MDCXXIV. à Protestantibus poſſeſſa fuiſſent, in eam, quæ nunc *Art. V. §. 33.* in fine adjecta legitur, clauſulam conſenſum fuit, qua Reccessus idem Brunſvico-Hildeſienſis, quoad Exercitium Religionis ibidem definitum attinet, (de hoc enim ſolo quaſtio mota occurrit) fuit abrogatus, & reliquorum omnium Paſtorum adinſtar ad obſervantiam Anni Normalis, nulla ſpeciali exemptione Hildeſienſibus relictæ, revocatus.

D 2

## §. XVII.



## §. XVII.

Ufus ho-  
diernus e-  
jusdem Re-  
cessus &  
abrogatio-  
nis effectus

Abolitionis hujus eam esse vim lubentes mecum omnes consen-  
tient, quod Recessus ille, quoad Exercitium Religionis attinet, nul-  
lam amplius obligationem sive effectum Juridicum exerat, nec ulla  
pars ad eundem tanquam attributorium majoris & amplioris cujusdam  
Juris eatenus provocare queat, nisi possessio Anni Normalis simul suffra-  
getur. Hac autem suffragante, tanquam transcendentali & universali  
Legis Pragmaticæ favore, supervacanea videtur ejusdem Recessus  
allegatio. Cessante vero effectu Juridico, superest usus ejusdem Hi-  
storicus. Atque hic in scholis non exiguam habet utilitatem, quin &  
maximam. Multa enim in scholis explicari solent, quæ in se nullum  
quidem usum, ad alia tamen in usu quotidiano maxime controversa  
abundantissimam afferunt lucem. Ita FRANCISCUS FLORENS de  
Sexto Decretalium BONIFACII VIII. in Regno Galliæ licet non re-  
cepto, in scholis tamen explicari solito, ex voto ipsiusmet PHILIP-  
PI PULCHRI, utut Antagonistæ acerrimi, ne idem in vim Legis reci-  
peretur, luculenter testatur. Eodem enim teste idem Rex in litteris  
manuscriptis, quibus multa privilegia Anno MCCCXII. Universitati  
Aurelianensi concessit, provide præcepit: " Non putet igitur aliquis nos  
" recipere, vel Progenitores nostros recepisse consuetudines quaslibet,  
" sive Leges ex eo, quod eas in diversis locis & studiis Regni Universi  
" per Scholasticos legi sinantur. Multa namque eruditioni & doctrinæ  
" proficiunt, licet recepta non fuerint, nec Ecclesia recipit quam plu-  
" res Canones, qui per desuetudinem abierunt, vel ab initio non fue-  
" runt recepti, licet in scholis à studiosis propter eruditionem legantur.  
" Scire namque sensus, ritus, & mores hominum diversorum, loco-  
" rum & temporum valde proficit ad ejusque doctrinam." Idem de  
" Lege quoque particulari locum habet, ut, quantum vis sua ex indo-  
" le originis suæ limites non excedat, ad ipsam tamen juris communis  
" illustrationem servire plurimum possit.

## §. XVIII.

Sententiæ  
Catholico-  
rum non re-  
sed suffra-  
gatur.

Id vero in Legibus publicis, quæ plerumque e statu & conditione  
rerum & temporum, in quibus conduntur, occasionem obtinent, ut  
condantur, maxime necessarium est, ut genuinus earundem sensus de-  
tega-

tegatur. Atque id ipsum est, quod Thematis præsentis assumptionem & mihi persuasit, & a quod Lectorem Eruditum atque benevolum justificare omnino debet; dum ex Pactorum Hildesienfium tum confectio, tum abrogatione eum, qui a Summis Pacifcentibus in condenda Pace Westphalica circa punctum Autonomiæ intendebatur, sensum, easque, secundum quas tam summa Dominorum Territorialium circa Religionem Jura, quam subditorum libertates considerari solebant, conditiones & ideas indagare, atque ex iis, licet antiquatis, vigentem etiamnum Juris Reformandi usum, & ex principiis quoad terras Hildesienfes observatis totius Imperii praxin eruere, atque stabilire allaboro. Unde quamvis Pacta ista neutiquam universum Imperium, aut alias extra Hildesienfem Episcopatum Provincias obligarint unquam, nec hodie ipsos quoque subditos & Status Provinciales Hildesienfes A. C. addictos eatenus obligent; ad ipsam tamen communem Catholicorum Doctorum de Simultaneo Religionis suæ a Domino Territoriali in locis sibi subjectis, sed dissentienti Religioni addictis, introducendo Doctrinam magis confirmandam & illustrandam plurimum eadem conducere, confidentius assero; tantum abest, ut abrogatio eorundem in Pace conventa & solenni clausula ibidem statuta illi præjudicium quoddam afferre possit.

### §. XIX.

Communis autem hodie saltem Catholicorum, alias etiam Protestantium, atque Virorum inter eosdem Illustriorum Pacis Westphalicae temporibus propinquiorum

Communis antiquioribus, hodie Catholicis propria fere sententia.

HENNIGES. *Mant. II. ad Specim. IV. Medit. ad Instr. Pac.*

DECKHER *Consult. forens. P. I. Cap. XXXIX. Num IX. seqq.*

SCHILTER *de Pac. Religios. Cap. IX. in Resolut. Quæst. VIII.*

PFANNER *in Histor. Comit. Anno MDCLIII. & LIV. Lib. VI. f. L. LXIX. & seqq.*



Simultanei  
divisio.

circa Simultaneum sententia atque Doctrina hæc est, quæ ejusdem in-  
troducendi liberam Domino Territoriali potestatem, salva tamen sub-  
ditorum a se dissentientium possessione in Anno Normali habita, adju-  
dicat. Hæc ipsa vero sententia Simultaneum diverso in sensu spectatum  
sollicite distinguit. Aliud enim *crudum*, rigidum sive *crassum*, appel-  
latione (quam quidem in se ipsa quoque crudam traducere alii assolent)  
ad explicationem tamen & explanationem mentis eorundem satis plana  
atque apta vocari solet; dum Dominus Territorialis adeo in ipsa etiam  
templa à solis dissentientis Religionis subditis in Anno Normali possessa  
suam quoque Religionem inducit, imperando, ut dissentientis Religio-  
nis subditi alios quoque Concives Religioni Domini addictos in eadem, ad  
exercendum ibidem stas & determinatis inter se horis cultum suum, co-  
admittant, salvis tamen de cætero bonis & redditibus Ecclesiasticis, aliisque  
emolumentis, quæ cum suo illis exercitio solitarie possessa hodie dum soli-  
tarie relinquenda esse facile, iidem Doctores consentient, & est expedi-  
tum. Simultaneum vero *innoxium* passim hodiè dici amat, dum in idem  
duntaxat oppidum, urbem, pagum vel locum, in quo Anno Normali  
omnes Incolæ & cives soli dissidenti à Domino Territoriali Religioni ad-  
diti degebant, aliis posthac subditis ad Domini Religionem interea re-  
versis, vel quos recens in eundem locum ipsemet admisit, suæ quoque  
Religionis Exercitium concedit, vel assignatis iisdem aliis distinctis  
Ecclesiis à neutra parte in Anno Normali possessis, ubi adsunt, vel ere-  
ctis etiam, ubi hæc deficient, eum in finem novis, in quibus divino  
cultui publice vacare iis liceat, & redditibus vel è proprio arario, vel  
aliunde accersitis, atque è pia fidelium liberalitate subministratis.

## §. XX.

Praxis Ca-  
tholicorum  
circa Simul-  
taneum  
crudum.

Priorem illam Simultanei, quod *crudum* appellari vulgo amat,  
speciem quod attinet; non tam multos sane illa Catholicos hodie sui  
defensores atque Patronos obtinet. Æquiores enim rerum æstimatores  
atque arbitri haud eo duntaxat respiciunt, quid salva etiamnum Pacis  
Westphalicæ, tanquam Legis hac in re fundamentalis, littera in Theo-  
ria, vere licet ac solide, defendi atque sustineri, ab adversis quoque  
contrariarum opinionum argumentis eliberari possit; quam quid usu  
ipso obtineri expediat. Siquidem non omne id, quod licet, etiam  
expedit. Quis enim suadeat Domino Territoriali, ut tale quid ad-  
mittat,





mittat, ex quo continuam sibi discordiarum & turbarum vix evitabilem materiam succrescere facillime prævidet? Natura & insoles talis Simultanei quotidianam fere occasionem dissidentibus in Religione civibus præbet, qua molestare semet invicem, ipsumque Dominum Territorialem possint: mox præcedentia & exercitii in eadem Ecclesia habendi ordo, mox ejusdem ultra horas, vel mutuo consensu, vel Domini Territorialis jussu stabilitas protractio, modo profanatio sacrorum alterius partis, modo injuria Altaribus, aut Catholicorum imaginibus illata, modo novarum & insolitarum, aut dogmata Protestantibus adversa repræsentantium erectio ab his incusatur: Exinde dissensiones, animorum exacerbationes, turbæ, sæpe etiam clades infastæ subditorum. Unde quamvis directe etiam apertæ Pacis Westphalicae litteræ non adversum quidam statuunt, nemo tamen prudentum, nisi extrema fere Domini necessitate, aut ineluctabili quasi subditorum eidem consentientium incommodo aliis mediis vix superabili exigente, Dominis id unquam hodie suadere, sive, ut illud inducant, facile Author esse volet.

### §. XXI.

Hildesensi in Principatu, spectata generali Pacis Westphalicae sanctione, & comprehensa ibidem præcisa Recessus sæpe dicti abolitione, aut clausula §. XXXIII. *Art. V.* inserta, ad quam præsens hæc Dissertatio restringitur, id ipsum tenendum esse principium, Protestantibus, & inter hos præcipue Vir celebratissimus DAVID GEORGIUS STRUBEN, si de Antecedente semel convenirent, dissiteri haud poterunt, ipso illo, quo idemmet nunc Simultanei *crudi* sive *crassi* ita dicti universalem per omnes Imperii Provincias prohibitionem ex abrogatione dicti Recessus inferre conatur, argumento pressi. Non enim prærogativam aliquam dari voluisse Statibus Provincialibus & subditis Protestantibus illius Episcopatus, Acta testari ipsi videntur, sed parificari duntaxat aliis subditis Protestantibus in Imperio eisdem voluisse. Statuum Provincialium A. C. addictorum, Nobilitatis videlicet, & Civitatum Syndicus superius memoratus Doctor KUNNECKE Osnabrugam missus, id unum in votis habuit, & mandatis, ne deterioris omnino conditionis fieri hujus Episcopatus Status & subditos præ reliquis omnibus Protestantibus pateretur. Ad hunc solum effectum

Simultaneum crudum quoad terras Hildesenses iisdem regulis dimittendum.

Pacta



Argumen-  
to à fortiori  
ex speciali-  
bus circum-  
stantiis de-  
sumpto.

Pacta illa eo modo, quo à Dominis Cæsareanis & Dominis Suecis sublata fuere, sublata quoque remanere debere, in suo, quod ultimo obtulit, Memoriali, ejusdem Cl. STRUBENII ex sententia, petiit. Hoc supposito, neque petitus ejus & postulatis liberaliores Coloniensem Electorem, aut Cæsareos Plenipotentiarios, aut alios quoscunque Status Catholicos, post tam diuturnam renitentiam, & fere luctam dixerim extremam, esse voluisse, credere aut persuadere sibi prudens quispiam poterit. Quod igitur juris est in aliis Imperii terris, idipsum in Hildesiensibus obtinere, hoc saltem argumento ad hominem contra eundem Autorem expeditum videtur. Accedit, quod, si ex ista sententia æquiparari aliis Imperii subditis Hildesenses voluerint, etiam diversæ adhuc subditorum qualitates diversum aliquatenus Jus fundantes discerni merito debeant, atque ista æquiparatio cæteris paribus omnino intelligenda sit. Novimus enim duplicis generis subditos in Pace Westphalica distingui, quos etiam diverso exinde Jure gaudere videmus. *Alios* nimirum, qui in Anno Normali sub proprio & legitimo Domino Territoriali versati, ibique libero suæ Religionis Exercitio frui fuerant; *alios* vero, qui sub alieno Domino in oppignoratis eo tempore terris commorati publicum ibidem Religionis Exercitium præfato Anno habuerant. De hac posteriore subditorum classe nonnihil diversum sancitum legitur in Instrumento Pacis, & quidem luculentis omnino verbis, quod migrare quidem ob Religionem cogi non possint, sed tamen & aliis subditis sub proprio Domino Exercitio publico eo Anno gavisis non penitus æquiparandi, nec eodem modo, quo ante exercuerunt prorsus liberum suæ Religionis Exercitium publicum prætereundum possint. Ad Transactionem enim cum Domini desuper ineundam diserte ablegantur. Et quamvis Exercitium illis suum quoad substantiam relinqui oporteat, circa quale tamen & quantum, uti & circa reliqua ejusdem annexa amplior & potissimum Domino directi relucens reformare cupientis arbitrio locus manifeste conceditur. His ergo æquiparati si fuerint Hildesenses subditi, non multum difficultatis superesse videtur, quin Simultaneum etiam crudum Religionis suæ in templis eorundem Dominus Territorialis per Pactum aut præservare, aut tanquam sibi præservatum iis injungere posthac possit. Cum enim alias Simultaneum hoc generatim & ad minimum saltem tanquam objectum amicabilem ejusdem Transactionis consideratum sæpissime fuerit; quoad Transactionem hanc, subditis oppignoratis necessariam, & in Lege ipsa publica præceptam, extra omnem contestationem ac controversiam positum esse, omni-

no rectissime videtur. Unde est, quod ex hoc etiam *f. XXVII. Art. V. Autor Vindictiarum Hildesienfium* idem Jus stabilire voluerit; cum ex ipsis Actis in Camera Imperiali Spirensi agitatis elucefcatur,

Conf. *Fasciculus Etlich* in dero hin und wider in und außserhalb Reichs beruffenen Zildesheimischen Sache abgefafften Schrifften. *Ibique* Erste gründliche und wahrhaftige *Informatio Juris & facti. Cap. IV. pag. 99. & 123.*,

non infimam causam justificandæ possessionis suæ, aut titulum non postremum Brunsvicensibus fuisse eum, quod in securitatem sumptuum in Executionem sententiæ Banni ab iisdem impensorum, quos ad 2400000. flor. auri computarunt, terras easdem Hildesienfes retinuerint. Hujus tamen argumenti vim, (sicut multo magis ejus, quod eodem loco ex *Inst. P. W. Art. V. f. XIII. & f. XLIII.* idem laudatus Autor deducere conatus fuit) ponderare ab animo æque meo, quam scopo & instituto hic alienum prorsus existimo. Mihi enim id unum sufficit, quod multo minus forsitan consultum ibidem *Simultaneum crudum* videri possit, quam in aliis quibuscunque locis, cum major ibidem tumultuum, querelarum & turbarum materies semper fuerit pertimescenda. Quo ipso moderationem, credo, suam, quam semper præ se tulerunt, satis luculentis manifestant argumentis Catholici, & turbatæ Pacis rei argui à nemine æquo rerum æstimatore poterunt, si quod sibi competere credunt, Jus, ob ipsum tamen Pacis amorem & æquitatis studium quandoque omittant, Jus præcisè perfectum, & strictam actionem ex parte subditorum dissidentium non semper exigentes, sed & regulas politicas prudentis Oeconomix attendentes, ut id, quod indubitatum videtur, securius obtineant.

## §. XXII.

Argumento tamen paulisper inverso, ut in ea, quam semel cepimus, Simultanei crudi discussione veluti per digressionem, aut, ut Græce loqui amant, *ὡς ἐν παράδοξω* & hypothetice paulisper continuemus, unum etiamnum commemorare liceat, ex eo, quod in Episcopatu Hildesienfi Simultaneum hoc crudum abrogatum, imo prohibitum,

E

sub.

Argumenti  
Strubeniani  
infirmas



sublato Recessu Brunsvico-Hildesiensi, fuisse supponatur, sequelam à speciali hoc Principatu ad omnes reliquas totius Imperii Romano-Germanici Provincias deduci non posse; sed plurimis eandem difficultatibus ex ipsa Tractatum hac super re habitorum historia, difertam specialemque exceptionem commonstrante, petitis premi. A specie enim ad genus bonam non esse argumentationem, tritum est Philosophorum; sicut & ab una exceptione ad regulam universalem negativam nunquam valere illationem, sive consequentiam Juris Consulti consentiunt. Argumentum enim illud, quod subditis Protestantibus, & Statibus Provincialibus Episcopatus Hildesiensis specialis relinqui favor, aut major præ aliis prærogativa concedi noluerit, vereor admodum, ne minus bene cum Actis Pacis Westphalicæ publicis & tractatibus præviis cohareat. Siquidem Rationes speciales non desunt ex Actis ipsis, quæ specialem favorem quoad Exercitium Religionis iisdem concedi, persuadere potuissent. Concessa enim fuerunt Episcopo Hildesiensi, ejusque subditis Catholicis, contra regulam illam possessionis Anni Decretorii firmissime semel stabilitam, maximi à Protestantibus æstimatam & quasi transcendentalem habitam, novem Monasteria, quæ à Ducibus Brunsvicensibus in Anno Normali, cujus terminus à Catholicis jam acceptatus fuerat, erant possessa. Horum retentioni primum, postea divisioni saltem dudum institerant Protestantes, testante concluso in conferentia eorundem XXIV. Febr. MDCXLVIII., ubi concludebatur, dahin zu sehen, daß es ratione Autonomiæ bey dem Kayserlichen Aufsatze verbleiben möge; die Clöster aber entweder zu theilen, oder da der Sache auch damit nicht geholfen, die Handlung denen Suecicis pure heimzugeben, und auf sie zu stellen, ob sie denen Evangelicis daselbst 4. 3. 2. oder an Endt nur eines behalten könnten.

Ex specialibus Tractatum Rationibus ostenditur.

Vid. MEIERN. Tom. V. pag. 523.

Cesserunt postmodum Protestantes Monasteria. Sed horum in vicem petitam fuisse *Simultanei crucis* in Episcopatu Hildesiensi abolitionem, testatur LAMPADIUS Legatus Brunsvico-Calenbergensis in Relatione sua de H. Mart. MDCXLVIII. ibi: Wir haben endlich neben den Königlich-Schwedischen darsfür gehalten, man mögte in dem Stift Hildesheim die Evangelische Religion in Sicherung, auch Adel und Unadel in perpetuum der Religion halber in Ruhe stellen, und dargegen die abgetret-

getretene 9. Clöster denen Catholischen hinterlassen. Die neun von dem  
Hauß Braunschweig Lüneburg abgetretene Clöster gehören in den Ter-  
minum Anni MDCXXIV., welchen Herr Buschmann selber belie-  
bet hätte, und hätten wir demnach unwiderlegliche Ursachen solche neun  
Clöster für die Evangelische zu behaupten. Wir hätten aber unsere Friede-  
fertigkeit zu erweisen selbige neun Clöster aus obgerührten Termino eximi-  
ren lassen, damit die Unterthanen im Stift Hildesheim in ihren Kir-  
chen ohne Eintrag verbleiben mögten. Quocum COLERI Legati  
Brunsvico - Guelferbytani Relatio die IV. Mart. MDCXLVIII.  
verbotenus consentit: Es ist aber denen Herrn Kaiserlichen remontri-  
ret, weilen die Herrn Catholische den Terminum MDCXXIV. selbst  
vorge schlagen, und verwilliget hätten, die Clöster aber unter den Termi-  
num nicht gehörten, dann unstreitig wäre, daß die zu derselben Zeit E-  
vangelisch gewesen, daß die Evangelische nicht gehalten wären, dieselbe de-  
nen Catholischen zu überlassen. Es hätten aber dieselben um des Friedens  
willen Ihre Chur. Fürstl. Durchlaucht zu Cöln darinn gratificiren wol-  
len. Paucis: Integrum horum Tractatum contextum ab ipsomet Cl.  
STRUBENIO sæpe laudato, loco citato à pag. 79. usque 89., relatum  
vel obiter perlustrare sufficit, ut convinci quilibet evidentissime possit,  
specialem super abolitione Recessus sæpe dicti, & conventi in eodem  
Simultanei crudi Transactionem mutuam iniri voluisse. Cum enim Ca-  
tholici Hildesienfi Episcopo ad stipulantes, & Cancellarius Colonienfis  
BUSCHMANNUS integre recessum memoratum tum quoad Exerci-  
tium Religionis, tum quoad Monasteriorum Catholicis relinquendo-  
rum Cessionem disertis verbis in ipsa Pace confirmari, Protestantes e-  
contra, Brunsvicensis, & Status Provinciales Hildesienfes à reliquis  
Statibus Compaciscentibus Augustanæ Confessionis addictis suffulti to-  
taliter eundem abrogari postulasent; illi dein ultra Annos in Recessu  
determinatos Exercitii Augustanæ Confessionis subditis, Anni Norma-  
lis possessione gavisis, posthac relinquendi solam perpetuitatem, hi  
vero Monasteriorum saltem divisionem, etiam inæqualem, pro me-  
dio compositionis adoptassent; finali demum conclusione in Tractati-  
bus saltem præviis eo speciatim conventum fuisse non immerito, nec  
infundate prætenditur, ut, relicta Catholicis & Episcopo Hildesienfi  
omnium novem Monasteriorum possessione, & permiffa eorundem ad  
solam Religionem Catholicam ibi exercendam Reformatione, in tem-  
plis reliquis omnibus in Anno Normali solitario Augustanæ Confessio-  
nis Exercitio addictis idem solum posthac obtinere, & Simultaneum



per Recessum antea conventum cessare deberet. Quamvis contra Fil-  
desienses Catholici ad solam clausulam Recessus abrogatoriam §. 33.  
*Art. V.* adjectam, tanquam ultimam utriusque partis conventionem,  
attendentes non improbabiler adhuc in sua opinione (quam tamen su-  
perius dictis & infra dicendis coherentius meam facere nolim) persisti  
posse credant, nihil aliud conveniri voluisse, quam ut subditi Aug.  
Conf. additi ibidem degentes reliquis in Imperio Protestantibus tan-  
tum æquipararentur; adeoque, cum clara Pacis decisio universalis Si-  
multanei etiam crudi liquido prohibitiva hætenus produci necdum po-  
tuerit, idem etiam ipsis non in vim Recessus antedicti, utpote abro-  
gati, sed in vim generalis regulæ saltem permissum, utut non omnino  
consultum esse.

### §. XXIII.

Duplex  
cessionis  
Monasterio-  
rum favor.

Duplicem hæc Monasteriorum cessio effectum habuit; alterum, ut  
Domui Brunsvicensi secundum §vum *Monasteria quæcunque XXV. Art.*  
*V.* Pacis Westphalicæ non restituerentur; alterum, ut Protestan-  
tes subditi exercitium Religionis suæ, Anno tamen MDCXXIV. ibi-  
dem habitum, posthac habere non possent. Quam autem extraordi-  
naria utraque hæc Monasteriorum ex Termino Decretorio exemptio  
fuerit, scite advertit

HENNIGESIUS *in Medit. ad Instr. Pac. Art. V. §. XXXIII.*

in verbis: " *Mirum* sane est, Brunsvicenses Duces ab hac universali  
" Lege se hætenus excludi passos, cum vix ulla alia sit toto Instru-  
" mento Pacis, quæ pluribus cautelis & majori circumspectione fuerit  
" condita; imo universaliori definitione omnibus exceptionibus pessu-  
" lum obdiderit, nequis ejusmodi Monasteria alio titulo vindicare sibi  
" possit, quam sola possessione Anno MDCXXIV. habita, quæ uni-  
" cum restitutionis & futuræ observantiæ fundamentum esse jubetur,  
" rejectis quibusvis exceptionibus, quocunque nomine poterunt exco-  
" gitari. " Quod autem Vir hic alias æquissimus juxta ac solertissi-  
" mus rationem, cur Duces Brunsvicenses, rerum suarum alias admo-  
" dum satagentes & providi, adeo facile à Termini Decretorii præsidio  
" depelli se passi sint, in tardiore §vi *Quæcunque Monasteria XXV. Art.*  
" *V.*

Hennigesi  
conjectura  
resallitur.

*N*. confectioe reponendam credat; ego quidem, sit venia verbo, ni-  
 miam conjecturandi levitatem non aliter excusare possim, quam Acto-  
 rum Pacis Westphalicæ necdum eo tempore satis divulgatorum, vel  
 hoc saltem in passu ipsi non communicatorum, defectu. Horum enim  
 si habuisset copiam (*a*); indubitatum illi fuisset, non tam facile, ut  
 ipsi quidem videtur, Duces hac in re cessisse. Præterea (*b*) nec emi-  
 nus ipsi dubium superfuisset, restitutionem bonorum mediatorum &  
 Monasteriorum, secundum Terminum Decretorium diei primæ Janua-  
 rii Anni MDCXXIV. in *Artic. V. §. XXV.* conventum, mutuo con-  
 sensu dudum ante jam fuisse stabilitam, quam in puncto Autonomiæ con-  
 veniretur. Hos ipsos vero §vos XXXI. & XXXIII. cum sequentibus  
 postretos fuisse, qui conficerentur; imo IV. Martii §. v. paucis ante  
 conclusionem Puncti Autonomiæ & gravaminum Ecclesiasticorum die-  
 bus, huic clausulæ finali adhuc fuisse contradictum. Denique (*c*) ipsos  
 adeo Duces probe conscios ad §vum illum: *Quæcunque Monasteria*  
*XXV.* sæpisse provocasse, indeque inelustabiles, ut ipsis videbantur,  
 contradicendi rationes: *unwiderlegliche Ursachen* desumpisse, &  
 nonnisi Pacis accelerandæ studio, justis etiam aliis rationibus ductos,  
 in prædictam Monasteriorum cessionem consensisse. Quo propterea  
 pacto tardiores §vi *Quæcunque Monasteria XXV.* conclusionem dor-  
 mitans hic bonus alias Homerus somniare potuerit, videri à vigilan-  
 tiore Actorum perlustratore profecto nequit. Istud igitur boni Pacis  
 & ejusdem accelerandæ studium, & apicem idcirco Juris præteritio in-  
 ducere merito poterat Status Catholicos, ut cum abrogatione Recef-  
 sus Brunsvico-Hildesienfis ipsum quoque Simultaneum crudum antehac  
 vi Factorum vel introductum, vel stipulatum, & Lege etiam publica  
 aut Pace eadem reliquis Statibus non interdictum, huic tamen Princi-  
 pi Ecclesiastico, speciali ex ratione, adimi consentirent, quid? quod  
 iteratam sæpius hujus rationis specialis oggestionem, & Acta eadem,  
 & ipsius, qui præsens Tractatibus Sollicitator intererat, Doctoris KUN-  
 MECKE propositiones & litteræ testantur.

### §. XXIV.

Sicuti vero ex hisce ratio specialis Episcopatus Hildesienfis soli pro-  
 pria in aprico constituitur; ita non obscure etiam ex ipsa Tractatum  
 præviorum Historia specialis Pacis intentio mens atque intentio colligi-  
 tur



tum & reli- tur. In condendo §vo XXXI. *Art. V.* universum Imperium con-  
 quosPrinci- cernente, nulla Simultanei mentio expressa, nec in ipsa ejus dispo-  
 patushypo- sitione, nec in anterioribus desuper Tractatibus apparet; sed con-  
 thetice ad- secutive duntaxat, & argumento, ut ajunt, §vi sive Legis in-  
 notatur. ferri ejusdem prohibitio ab Antipatronis assolet. In clausula §.  
 XXXIII. in fine adjecta equidem rursus expressa ejusdem *Simultanei*  
*crudi* mentio æque non reperitur, in ipsis autem Tractatibus præviis  
 ejus mentionem frequentissimam occurrere, specialem de eo propo-  
 sitionem, mutuum desuper discussionem susceptam fuisse, in propatulo  
 est. Nam expressius Catholici partialem duntaxat Recessus dicti Cas-  
 sationem ita petierant, ut sola temporalitate exercitii sublata, ejusque  
 perpetuitate inducta, inter cætera ejusdem Simultaneitas, & templo-  
 rum, scholarumque &c. Compossessio per Recessum conventa persis-  
 teret; hac autem eorum formula rejecta, cum Protestantes totalem  
 Recessus cassationem, & quidem ea intentione palam in Tractatibus  
 manifestata, ut ipsum hoc Simultaneum crudum excluderetur, infere-  
 rent; quid aliud inde erui poterit, quam specialiter & hoc voluisse ab-  
 rogari? unde vel hinc haud molestum, aut evictu difficile accideret,  
 exceptionem potius hac in clausula cum suis saltem Tractatibus desuper  
 habitis collata latere, ad alias Imperii terras haud pertrahendam, imo  
 talem omnino, quæ suo sensu Regulam adhuc in oppositum confirma-  
 re magis, quam infirmare queat. Qua in re consentientem nobiscum  
 haud dubie habemus Authorem Anonymum scripti, cui titulus: *Zu-  
 fällige Gedanken über das Simultaneum*, dum §. XXXVI. & LXIV.  
 Jus Ecclesiasticum Hildesienste non omnino communibus Regulis con-  
 forme, sed particularibus Pactis & Conventionibus inniti, indeque ab  
 hoc Principatu ad reliquos argumentum duci haud posse, asserit. Pacto-  
 rum autem vel Conventionum nomine non ipsum Recessum Brunsvico-  
 Hildesienstem sæpe dictum simpliciter & solitarie acceptum, sed eundem  
 tanquam per Instrumentum Pacis, mutuo partium velut inter se trans-  
 igentium consensu, infirmatum intelligit.

Praxis Ca-  
 tholicorum  
 Statuum &  
 præcipue  
 Hildesienstis  
 refertur.

### §. XXV.

Immorari vero hisce omnibus non libet, cum nec Status Impe-  
 rii Catholicæ Religioni addicti universim eodem jure introducendi *Si-  
 multaneum crassum* uti aut velint, aut expedire sibi judicent; nec Hil-  
 desienste



hesiensis Episcopi hæcenus à longo jam tempore, minus hodie idipsum  
 omnimode & vehementius prætere de videantur. Et licet Antecesso-  
 res, sed à paucissimis duntaxat quibusdam subditis, eo super capite  
 delati quondam fuerint; quieti tamen subditorum provide consulere,  
 quantum potuere, conati sunt, digni propterea, quibus & subditi in  
 reliquo æquitatis potius, quam stricti debiti rationem habentes, mori-  
 geram vicissim exhibeant promptitudinem, similem non minus bene-  
 volam æquanimitem à Domino Territoriali in aliis expectaturi. Si  
 cæmeteriorum quorundam communio offensæ ipsis & incommodo esse  
 videatur; reminiscantur potius, nihil per hanc realitatis ipsis decede-  
 re, ac rationes illas, quare Ecclesiarum Communio ipsis tam adversa  
 quieti & tranquillitati mutæ, adeoque Pacis ipsiusmet sanctioni videat-  
 tur, maxima ex parte cessare. Multo quippe facilius est mortuos di-  
 versæ Religioni, dum in vivis degerent, addictos inter te invicem  
 quiescere, quam vivi coexistere tranquille in eodem templo velint.  
 Et inique certe concivibus Catholicis terra invideretur, quibus Cœ-  
 lum se precari & vovere asserere solent, atque debent. Idque eo ma-  
 gis, si eandem subditi Augustanæ Confessioni addicti eorum locorum,  
 in quibus soli Catholici in Anno Normali possessione cæmeteriorum  
 privative gavisi fuerant, incolæ similem à Catholicis æquitatem expe-  
 riantur. Illud, quod *innoxium* vocant, *Simultaneum* quam bene cum  
 hac Recessus prædicti Brunsvico-Hildesienfis abolitione cohæreat, in-  
 deque potius firmetur, ostendere modo animus est. De *crudo* neutri-  
 quam solliciti, in illo si Lectori Benevolo satisfecerimus, nihil est,  
 quod operæ hujus eo gnæviter collocatæ pœnitudinem in animum mihi  
 inducere possit. Atque hoc tam Episcopo Hildesienfi, quam reliquis  
 Statibus quibuscunque salvum esse debere, ex ipsa illa tam confectio-  
 nis, quam abolitionis Pactorum Hildesienfium, & hujus quam maxime  
 Recessus Brunsvico-Hildesienfis Historia facile demonstratur.

Ad Innoxi-  
 um Disser-  
 tatio con-  
 vertitur.

## §. XXVI.

Ac primum quidem argumentum ipsa Pactorum istorum confectio  
 suppeditat, dum ante Pacem Westphalicam liberum adhuc Jus refor-  
 mandi vi Pacis Religiosæ, quoad duos saltem effectus, *expellendi* sci-  
 licet alienam dissentientem, & suam *introducendi* Dominis Territoria-  
 libus salvum fuisse ostendunt, quamvis tertius illius effectus, scilicet  
*cogendi*

Confectio  
 Pactorum  
 in minori  
 Diocesi Ju-  
 ris refor-  
 mandi am-

plitudinem  
Paci Reli-  
giosæ con-  
formem  
ostendit.

49

*cogendi & compellendi* pœnis quibuscunque subditos dissentientes ad de-  
ferendam suam, & amplectendam Domini Religionem eadem jam du-  
dum adeptus & sublatus fuerit. Id enim Pactis obtinere modo sub-  
diti allaborare debuerant, quod Lege publica illis non debebatur. Et  
cum ex Pace Religiosa securitatem & immunitatem à pœnis haberent,  
expulsioni tamen aut emigrationis iustitiam obnoxii, & omni debito, se-  
cundum ejusdem formulam, exercitio destituti per Pacta firmitatem at-  
que permanentiam, & quandoque exercendi etiam Religionem suam se-  
cundum Augustanæ Confessionis principia, quibus innutriti fuerant,  
libertatem quacunque occasione propitia, qua Dominum, aut consen-  
tiri sibi ipsa tæmporis necessitate, ac vicinorum armatis precibus coa-  
ctum, aut lætiorè quandoque successu facilius in gratiam subditorum  
consensurum prævidere poterant, sibi sunt stipulati. Ita, cum BUR-  
HARDUS Episcopus ab ADOLPHO Holfatiæ Duce Præfecturam Steuer-  
wald Anno MDLXIV. relueret, solam immunitatem à pœnis & coa-  
ctione subditis dissentientibus stipulatus fuit, omni vero vi & violenti-  
æ in propaganda & introducenda Religione Catholica diserte renun-  
ciavit, quamvis Pastores varios ad eandem sponte amplectendam Pa-  
storali zelo, & ingeniosa æque ac innoxia prudentia reduxerit. Ejus-  
dem quoque Successor ERNESTUS Bavariæ Dux eandem securitatis  
stabilitatem sponndit Anno MDLXXXI. datis reversalibus: *Erklären*  
Uns mit dieser Schrift dahin, daß Wir Unsere Stift Hildesheimische  
Landschafft bey der A. C. vermöge derselben auch bey dem Religions-Frie-  
den halten, bey wohl hergebrachten Gerechtigkeiten und Freyheiten nicht  
allein verbleiben lassen, sondern auch so viel an Uns, dabey gnädiglich schüt-  
zen, und vertheidigen wollen, quod idem in Reluitione Præfecturæ Pei-  
næ repetiit MDCIII. in verbis: *Versichern und reversiren Wir hier-*  
*mit, daß unsere Unterthanen des Amts Peina, adelich und unadelich, so-*  
*wohl in Stätten, als auf dem Lande bey angeregter A. C. vermöge des*  
*Vassauischen Vertrags und darauf Anno 1555. erfolgten Reichs-Abchieds*  
*hinführo unbetrübet verbleiben, und ihnen darinn kein Einsperr- oder Hin-*  
*derung geschehen solle. Majorem hoc in Pacto favorem contentum fuisse,*  
*quam qui sola Pace Religiosa debebatur, facile est conjecturam ex ipsa*  
*utriusque verborum inter se collatione, & ex illis consiliis atque votis,*  
*quæ Consilarii de proposito hujus Pacti edocti, Principi de supplica*  
*Sacræ Cæsareæ Majestati offerenda, ut Pacti hujus adjecti Cassationem*  
*ex plenitudine Potestatis Cæsareæ decernendam obtineret, suggeste-*  
*runt; cum Pactum hoc Juri contrarium ipsimet asserant, in verbis:*

Das



Das aufgetrungenene widerrechtliche Pactum von Ihre Majestät ex plenitudine potestatis & ex officio cassiret, und wieder aufgehoben werden mögte. Imo inferius *improbum* hoc Pactum appellant. In supplica ipsa nomine Principis Epitex, pi hunc in finem concepta & exhibita, Imperatori posthac offerenda, substantiam Pacti ita explicant: Es hat aber des von Hollstein Liebden solche Transactionem nicht ratificiren wollen, ich und mein Capitul würden dann assecuriren, und verschreiben, daß die Lutherische Religion der A. C. in meiner Statt und Ambt Peina gelassen und behalten werden sollte. Ex quo ita concludunt: Wann aber dieselben (incomplirte Conditiones) nunmehr auch purificiret, denn auch die Verhängnuß *improbi Pacti* mir und meinem Capitul das Christliche Gewissen je mehr und mehr drucket, und bey der Posteritat hart verweisslich seyn wollte, so bitte ich alles unerthänigsten Fleisses, Euer Kayserl. Majestät wollen vergessete Gelegenheit aus Höchst beywohnenden Kayserl. Verstande erwegen, und allergnädigst geruhen, der Chur- und Fürsten Transaction mit nachgefolgten Appendice zu Abtretung des Hauses gehörig allergnädigst confirmiren, und dahero Ursach schöpfen, den Religions-Punct als mit der That abgedrungen ex plenitudine Cæsareæ Majestatis gänzlich cassiren und aufheben. Causales eadem tales esse videntur, quæ dicti pacti cassationem, spectato Imperii nostri systemate, neutiquam evincant. Nullum alias pactum publicum circa Religionem securo amplius talo niteretur. Neque constat, revera Supplicam ejusmodi ab Electore & Episcopo ERNESTO tum Imperatori oblatam fuisse. Illud tamen liquido apparet argumento, plus favoris hoc pacto indultum fuisse subditis, quam Pace Religiosa fuisset. Hic ergo omnimoda in securitate & emigrationis exclusione, quæ quandoque, non vero semper Exercitium sibi adjunctum habuit, consistebat. Alias sane Pacem Publicam, Legem Pragmaticam unanimi Imperatoris & Statuum consensu firmatam hæc eadem appellatio Pacti improbi attigisset. Quod asserere in conspectu Cæsareæ Majestatis, Eamque in eandem sententiam pertrahere velle, an absque turpissima temeritatis ac audaciæ nota, quin & Pacis violatione, prudenti cuiquam vel eminus in mentem venire possit, cuivis dijudicandum relinquo. Unde confectio hujus saltem Pacti, moderatissimi licet, in quo vix Exercitii cujusdam mentio, sed sola persistentiæ in Territorio, excluso emigrationis necessariæ metu & periculo, assecuratio, & quidem cum tanto violatarum Imperii & conscientiæ legum serupulo, appromissa fuit, luce meridiana clarius evincit, vi Pacis Religiosæ adeo liberam



beram] Domino territoriali suæ Religionis introductionem fuisse, ut etiam dissentientes expellere potuerit, imo reatum sibi conscientiæ duxerint vel solam emigrationem illis perpetua Lege remittere, ut nihil dicam de ipsa Exercitii publici præsertim concessione, quam adeo ex Pace supra dicta non habuerunt, ut nec Pactis etiam specialibus facile concederetur.

## §. XXVII.

Recessus  
Brunsvico-  
Hildesien-  
sis cum Pace  
Religiosa  
sollatio.

Luculentius eandem veritatem ostendit Recessus Brunsvico-Hildesien-  
sis. Neque enim Duces Brunsvicenses adeo ignari esse poterant, ut, quæ Pax Religiosa in favorem subditorum dissentientis à Domino Religionis Lege universali decreverit, ignorarent, neque tam humiles, ut, quæ aliouin debebantur, & ad quæ Episcopus Hildesien-  
sis Jure adigi poterat, post longas demum interpositiones, remonstrations, & mediationes stipulatu obtinere vellent; neque subditorum, quamvis alienorum, per integrum tamen sæculum & ultra ipsi sub-  
ditorum, & suæ Religionis consortum adeo incurri, ut, quod perpetua Lege deberetur, iis ad tempus duntaxat, idque perbreve obtinerent. Conserunt autem, & quidem post longas & difficiles disceptationes,

ut ait HENNIGESIUS *Med. ad Instr. P. Art. V. §. XXXIII. litt. r,*

quin & impetrata efficaci hunc in finem Casareorum Interpositorum mediatione consenserunt, ut nobilibus Augustanæ Confessionis ad LXX. Annos, civitatibus vero, pagis & vicis ad XL. duntaxat Annos, à Termino extraditionis computandos, liberum & publicum Religionis suæ Exercitium indulgeretur. Quibus elapsis juxta *Art. XI.* res demum ad Terminos Pacis Religiosæ rediret, atque beneficio Principis & meræ liberalitati in acceptis referre deberent, siquid ipsis circa Religionem relinqueretur, & nisi ipsi Lares patrios & solum, uti hanc facultatem sibi reservat, vertere cogentur. Hoc priori illustrius & propinquius argumentum alterum subministrat *Articulus V.* ejusdem Recessus, quo quidem Simultaneum, idque *crudum* Religionis Catholice sibi reservaverat Episcopus Elector, sed hoc non contentus, la-  
ben-

bentibus etiamnum LXX. vel XL. Annis supradictis, morituris interea Ministris Augustanæ Confessionis Catholicos Presbyteros surrogandi facultatem sibi stipulabatur, hac vero intra idem Annorum respective conventorum intervallum denegata, solum Simultaneum & quidem *crudum*, eodem Termino etiamnum currente, à Ducibus jam tum permittebatur, ita, ut eisdem in Ecclesiis, in quibus antehac soli Protestantibus divina sua peregerant, etiam Catholicis vacare cultui suo liceret, ubi vero duæ eodem in loco extabant, una Protestantibus per hosce LXX. vel XL. Annos quidem relinqueretur, altera vero, quamvis & ipsa à solis Protestantibus antehac possessa, jam inde ab extradi-tione solis Catholicis in perpetuum addiceretur. In Monasteria itidem solum Exercitium Catholicum induceretur. Quæ omnia in recensitis hisce Recessus secundarii Religionis §vis latius explicata jam Recessus primarius ita dictus Haupt-Receis brevioribus quidem, non minus tamen energeticis verbis, superius §. X. recitatis, comprehenderat.

### §. XXVIII.

Nihil profecto illustrius produci potuit his Pactis Hildesien-sibus supra dictis, & ultimo præsertim Recessu Brunsvico-Hildesien-si ad explanandam alteram, quæ à Pace Religiosa ad Westphalicam usque obtinuit, Juris reformandi Epocham. Quid enim clarius hinc (a) quoad subditos elucescit, quam hisce tum temporis Lege publica necdum liberum & firmum Religionis suæ Exercitium constitutum, nec, præscindendo à Lege particulari pactis data, debitum fuisse; de Jure, de Possessione subditorum in his altum adhuc fuisse silentium; sed tantum contra persecutionem Dominorum suorum, quoties illos ad mutanda sacra cogere volebant, non aliud fuisse præsidium, quam libertatem emigrationis, à qua prohiberi non potuerint. Dominis vero (b) quoad subditorum Religionem tantum vim & coactionem pænalem interdictam fuisse; quoad suam vero introducendam adhuc liberrimam superfuisse facultatem, ut adeo Simultaneum diversæ Religionis Domino consentientis etiam *crudum*, quod subditi à Domino dissentientes in iisdem suis Ecclesiis, in quibus hætenus soli novitiæ Religionis suæ vacaverant, utpote omni in illas Jure ac potestate penes solum Dominum existente destituti, admittere deberent, imperare & inducere potue-  
rint.

Argumen-  
tum inde  
deductum.



rint. Siquidem quibus migratio ob Religionem, simpliciter testante & suffragante Pace Religiosa, testantibus itidem Pactis particularibus, indici poterat; illis certe ex Pace nihil Juris & præsidii pro sua libertate & commodis suæ Religionis, pro vindicandis sibi privative templis, cæmeteriis, redditibus, & annexis, aut pro excludendo Religionis Domini coexercitio esse poterat. Quod autem introductionis Religionis Domini in aliis Ecclesiis, & absque præjudicio aut detrimento qualicumque subditorum attinet, eam percrebrescente tum per universum, qua late patet, Imperium, trito illo: *Cujus Regio, illius est & Religio*, extra omne dubium ita positam fuisse constat, ut nec subditi, nec alii Con-Status in gratiam eorundem in occasionibus etiam maxime opportunis eandem coartare ausi fuerint, aut vel cogitarint. Unde & Pace Westphalica, tanquam Religiosæ (quæ basis & fundamentum hujus est, atque *Art. V. §. I.* dicitur) tantum declaratoria, cum expulsionem seu emigrationem tactum sustulerit, & quidem quoad aliquos duntaxat subditos §. XXXI. sustulerit, imo quoad alios, scilicet nulla Anni Normalis possessione tutos, & hanc §. XXXVI. diserte salvam reliquerit; effectus hic Juris reformandi tertius, sive suam introducendi, salvus omnino & incolumis persistit. Siquidem exceptio quæcumque, vel nova limitatio tanquam strictæ interpretationis ultra expressa extendi nequit, & Regulam in non expressis salvam relinquere, ac potius confirmare ex unanimi Juris Consultorum omnium sententia debet.

## §. XXIX.

Abolitio  
Recessus ad  
solam retentionem  
possessionis  
habitæ pertinet.

Formulæ  
de abrogatione  
Pactorum  
generatim  
oblatæ,

Quod autem Pactorum, & dicti præcipue Recessus Brunsvico-Hildesienfis *Confectio* illustrat, Jus introducendi Simultaneum *innocentium* Dominis Territorialibus ejusdem *abolitionis* Historia magis demonstrat & confirmat. Hæc enim omnis id unum ostendit, totam Protestantium curam in eo semper occupatam fuisse, ut, quod subditi habuere, id illis posthac quoque perpetuo relinqueretur. Id generatim ipsi, ubi Pactorum Exercitio subditorum faventium conservationem, adversantium vero abolitionem petierunt, speciatim vero, ubi de hisce Brunsvico Hildesienfis sermo fuit, & quidem multo luculentius expresserunt, hoc obtento læti, de cæteris Dominorum Juribus, salva sua possessione, nec investigatores temerarii, nec scrutatores curiosi.

riofi. In petita enim conservacione Paſtorum ſubditis ſaventium, ad-  
verſantium vero abrogacione hac una eorum fuit intentio, ut nimirum  
iis ſubditis, quibus vel perdeclarationem ita dictam Ferdinandeam, vel  
per pacta aut privilegia, vel per longum demum uſum Exercitium Reli-  
gionis ſuæ acquiſitum fuerat, perpetuo poſthac, abrogatis & caſſatis  
omnibus diſpoſitionibus, Transactionibus, & Receſſibus hujusmodi  
contrariis relinqueretur.

Conf. MEIERN *Aſſ. P. W. Tom. III. pag. 164.* In fernerer  
Erklärung in puncto Gravaminum die IX. Julii MDCXLVI.  
ibi:

Denenjenigen Unterthanen, welchen das publicum Exercitium Catholicæ  
Religionis vermöge der Ferdinandeischen Declaration de dato XXIV.  
Septembr. MDLV. zuſtändig, oder die ſie ſonſten per Pacta, Privi-  
legia, oder langen Gebrauch erworben und hergebracht, ſoll es noch-  
mahls gelaffen, auch alle widrige gemachte Anordnungen, Transactio-  
nes, Accord, Revers, und dergleichen caſſiret, und aufgehoben ſeyn.  
Sed Declaratione dein Ferdinanda à Catholicis omnibus ignorata, imo  
& diſerte contradicta atque negata, Pactis quibuscunque refutatis &  
rejectis, aliud medium minoribus, uti credebatur, contradictionibus  
obnoxium in Anni MDCXXIV., Decretorii exinde dicti, determina-  
tione adinventum atque ſuggeſtum fuit, non alio rurfus ſine, quam  
ut ſubditi eo Anno poſſeſſione Exercitii Religionis ſuæ gaviſi perpetuo  
poſthac eodem fruarentur, idque aut retinerent, aut ſemel deſtituti  
recuperarent; uti formulam eo ſine propoſitam exhibet idem

MEIERN *Aſſ. P. W. Tom. IV. pag. 26.*

Die mittelbahren Grafen, Freyherrn ꝛc. ſollen in den Stand, darin-  
nen Sie Anno MDCXXIV. gewest, in Politicis & Eccleſiaſticis völ-  
lig geſetzt, und ſo wenig der Religion und deſſen publici Exercitii, als  
der Zeit eingehabter Schulen, Kirchen, und deſſelben Jurium halber,  
und was davon dependiret, nimmermehr angefochten werden. Ubi  
illud præcipue notandum venit, quod Annus Decretorius tum adin-  
ventus Ferdinandeæ Declarationis, Paſtorum & Privilegiorum Exer-  
cicio ſubditorum ſaventium ſurrogatum tantummodo fuerit. Sicut er-  
go Ferdinanda Declaratione, Pactis, & Privilegiis nihil plus ipſimet  
ſub-



subditi adversus Dominos aut acquisiverant antea, aut prætere unquam postea voluerant, quam solam sui in Territoriis Principum à se dissentientium stabilitatem ab emigrationis necessitate liberam, & ad summum Exercitii cujusdam, vel privati, vel publici suæ Religionis retentionem, ita & substituto postea Anno Normali Status Augustanæ Confessionis additi nihil aliud verbis etiam expressis in eorum favorem exposcere vel cogitabant. Quoad hanc vero specialem Pactorum Hildesensium abolitionem, summa (qualia ab initio esse solent) illorum petita ad solam suæ possessionis, & Exercitii antea habiti, conservationem & securitatem fuerant directa, ut scilicet, qui adhuc id haberent, perpetuo in eodem conservarentur, qui vero destituti, restituerentur, sibi consulere tantummodo voluere; quid cum sua Religione faceret Dominus, determinare nec cogitarunt, quamdiu nihil ipsi eriperetur, quod possessum fuerat. Idipsum, ubi primum mentio expressa Recessus Hildesensis inserta fuit, totus contextus docet, in Declaratione Protestantium in puncto Gravaminum Legatis Suecicis de XXVII. Febr. Anno MDCXLVII. exhibita apud

uti & proposita de abolitione hujus Recessus petitio idem confirmat.

MEIERN Tom. IV. pag. 95. in verbis:

” Comites Barones, Nobiles . . . . , qui Anno MDCXXIV. quacun-  
 ” que Anni parte Exercitio Augustanæ Confessionis gavisi sunt . . . .  
 ” *retineant* id etiam imposterum. Nec minus etiam *maneant in posses-*  
 ” *sione* & Dominio templorum . . . . nec à quocunque ulla via tur-  
 ” bentur. *Destituti* quovis modo, item Religionis causa remoti &  
 ” ejecti . . . . *in pristinum Statum remittantur* . . . . non attentis  
 ” sed annihilatis omnibus in contrarium latis sententiis, Pactis, qui-  
 ” buseunque Transactionibus, & imprimis, quæ *Electo Coloniensi* ut  
 ” Episcopus *Hildesensis*, & *Duces Brunsvicenses & Luneburgenses*, de  
 ” Religione Statuum & subditorum Episcopatus Hildesensis nonnullis  
 ” Pactis Anno MDCXLIII. transegerunt . . . Et inferius: ” omniaque  
 ” in contrarium statuta omnino aboleantur.” In quam formulam cum  
 Cæsareani consensissent, & conclusissent;

Vid. MEIERN Tom. IV. pag. 99.

Catholici nec hoc illis salvum relinquentes, omnimodam Recessus conservationem & confirmationem urgebant, ut & in Ecclesiis Protestantium



tium adhuc Simultaneum *crudum* Catholicæ Religionis relinqueretur, imo & elapsis annis respective conventis privativum ac solitarium induceretur. In novis propterea propositionibus, quas Legati, Brunsvico-Calenbergensis LAMPADIUS, & Brunsvico-Guelpherbytanus COLERUS exhibuerunt, testantibus ipsorummet relationibus jam supra §<sup>o</sup> XXII. allegatis, rursus non alia eorum intentio eruitur, quam retinendi duntaxat, quod habuerant, non autem competentem Domino Territoriali, quod in suo libet, agendi libertatem coarctandi. Adeo verba omnia ibidem relata retentionem Ecclesiarum habitaram privativam, solanque in iis, quæ possederant, templis permanentiam securam atque perpetuam tam Nobilitati, quam civitatibus & pagis stabilendam præferunt. Unde quamvis demum Catholici Status (postquam nimirum Monasteria Hildesiensia in anno decretorio à Protestantibus indubitate possessa iisdem penitus dimissa essent) à priori suo petito paulisper digressi possessionem Exercitii & templorum in anno eodem habitam, subditis Hildesiensibus Augustanæ Confessioni addictis perpetuo relinqui consenserint; quia tamen difficulter adeo, & quidem, non nisi prævia novem Monasteriorum modo dictorum cessione Episcopo Hildesiensi facta, eo permoveri potuerunt, ut in retentionem & retentionem eorum, quæ jam tum habuerant, consentirent; nemo prudens rerum arbiter novum quoddam jus prohibendi, quominus Dominus Territorialis novas pro suæ Religionis affectis Ecclesias exigeret, vel veteres collapsas derelictas, & vacuas reaptaret, subditis cedi voluisse, præsumere unquam poterit.

### §. XXX.

Ratio porro, ob quam Recessus Brunsvico-Hildesiensis abrogationem tam acriter vehementerque urgendi Jus sibi esse crediderunt Status Protestantes, id quoque luculenter ostendit, de sola possessionis suæ mantenentiâ eosdem cogitasse, atque sollicitos fuisse, hac obtenta & retenta contentos. Hæc autem illa ipsa fuit, quæ hodie tam acriter in impugnationem Simultanei etiam innoxii produci quidem affolet, sed quam diverso nunc sensu & intellectu ab eo, quem ipsimet Summi Pacificentes habuisse ex Actis deprehenduntur? Fuit enim hæc: *quod observantia Anni Normalis pro regula esse debeat.* Qualem vero regulam & respectu cujus illam intellexerint, declarat Syndicus KUNNECKE in  
Me-

Ratio abrogationis allegata.



Memoriali suo, ubi de sola restitutione eorum, quæ per Pacta aliter in præjudicium subditorum determinata fuerant, eandem intelligit, & ideo compossessionem eorundem templorum per Pacta Catholicis concessam denuo abolendam concludit: Gleichwie nun, inquit ibidem, nur berührtes Exercitium publicum ohne Vorwissen und Belieben der Stiffts-Stände und Unterthanen, und zu verfänglichen Präjudiz derselben ad certum, LXX. & XL. nimirum annorum, tempus à tertiis per prædicta Pacta novissima nicht hat können determiniret und eingeschränct werden, also müssen sie auch bey solchem ihrem darinn hergebrachten Exercitio, Glauben, Kirchen-Gebrauchen, Consistorien, Ceremonien, und Ordnungen, wie selbige Anno MDCXXIV. aller Orthen in öffentlicher Übung gewesen, ohne einige Neuerung, und Nebeneinführung der Catholischen Religion gehandhaber, zumahl auch bey denen dazugehörigen Kirchen, Schulen, Clöstern, Hospitalien, und anderen nach Anweisung des Instrumenti Pacis Art. V. §. VI. ohne Schmäherung und Abbruch gelassen werden, wo anders die Observanz des MDCXXIV. Jahrs pro regula gehalten, und selbige durch einige Exceptiones von beydersseits Religions-Verwandten nicht evaniret und aufgehoben werden sollte. De sola hic retentione Exercitii subditorum dissentienti à Domino Religioni addictorum, aut restitutione ejusdem non retenti facienda quæstio est, & huic regula præfigitur, recepto illi in materia præscriptio- nis Brocardico: *quantum possessum, tantum præscriptum*, fere simillima, scilicet tantum retinendum esse à subditis, vel illis restituendum, quantum reapse Anno MDCXXIV. possederunt, non quantum possidere illos Pacta hæc statuerint, aut voluerint. Hæc proinde regula merito specialis dicitur, exceptionem quidem à regula generali Juris reformandi Domino competentis, eamque in Jure ipso & Lege universali expressam fundans, ne cum istius possessionis turbatione, aut detrimento exerceatur; hac tamen salva, adeoque, exceptione non obstante, præter & juxta illam subditorum dissentientium possessionem introducendi Religionem Domini propriam liberum etiamnum arbitrium relinquit. Unde *novationem* quoque & *superinductionem* Catholicæ Religionis Syndici memorati petitio excludit, sed eam & talem haud dubie, ut cohærenter proposito suo, & sollicitatæ Reecessus abrogationi loquatur, quæ & qualis per eundem fuerit conventa, & quæ, uti sequentia verba denotant, vel cum omnimoda jactura, vel saltem cum aliquo detrimento, aut imminutione usus appertinentium templorum, scholarum, Monasteriorum, Hospitalium aliorumque conjuncta, at- que

que ideo nequaquam innoxia esset. Quapropter nec obstat, quod supra memoratus Syndicus KUNNECKE duo hæc, tanquam regulæ illi superius assertæ repugnantia, sedulo distinguat, nimirum *superinductionem* Religionis Catholicæ in verbis: ohne einige Neuerung und Verbesserung der Catholischen Religion gehandhabet, dein templorum, scholarum, Monasteriorum, & Hospitalium ab iis possessorum absque detrimento *retentionem* in verbis: zumahlen auch bey denen dazu gehörigen Kirchen, Schulen, Clöstern, Hospitalien, ohne Schmäherung und Abbruch gelassen werden. Adeo, ut per verba posteriora Simultaneum *crudum*, per priora vero etiam *innoxium* ita dictum, tanquam regulæ eidem contrarium, rejicere voluisse videatur. Siquidem hæc omnia rursus conformiter tenori Recessus supra dicti, & quidem ex mente ejusdem Syndici interpretanda veniunt. Hoc vero penitus considerato utraque licet ab eodem Syndico sollicitè distincta restitutionem aut retentionem possessionis tum habitæ nequaquam excedunt. Quatuor enim ad Exercitium Religionis pertinentia, si rite discernantur, Recessus sæpius allegatus disposuerat. Ita videlicet durantibus etiamnum LXX. vel XL. Annis ibidem conventis simul introducendum esse Religionis Catholicæ Exercitium voluit, ut (a) Monasteria licet à solis Protestantibus antea possessa, & Augustanæ Confessionis Exercitio addicta Catholicis restituerentur, in iisque solum Religionis Catholicæ Exercitium posthac obtineret;

Difficultati ex distinctiori Doctoris Kunnecke formula haustur.

Conf. Neben=Recessus *f. V.* in fine: In den Clöstern aber das Exercitium Religionis Catholicæ allein eingeführet und gelibet werden solle.

dein (b) templa quoque ab illis solis possessa, ubi plura essent, inter utrosque dividerentur, & uno tantum Protestantibus relicto, alterum Catholicis assignaretur;

Conf. *idem f. V.* Daß, wosern an einem Orth zwei Kirchen vorhanden, diejenige Kirchen denen Evangelischen verbleiben, darinnen sie bißhero ihren Gottes Dienst verrichtet; die andere aber denen Catholischen anzurichten erlaubt seyn solle.

Adhæc (c) ubi unum duntaxat templum existeret, ejus saltem usus utrisque communis redderetur.

G

Conf.



Conf. *idem* §. V. in verbis: An den übrigen Orten aber, wo allein eine Kirch, soll beyden Theilen in derselbigen ihren Gottes-Dienst zu üben unbenommen, sondern in Kraft dieses zu gelassen seyn.

Denique (*d*) ut elapsis hisce annis sola Religio Catholica in tota Majori Dicecesi à Brunsvicensibus tum restituta vigere, Protestantes vero omnes habito antea non tantum Exercitio, sed & templis, scholis, hospitalibus, Monasteriis antehac possessis succidere deberent, imo reluctantes Domini Religionem amplecti ex ipso adeo territorio, divenditis rebus suis, & injuncta illis invitis emigratione necessaria dimitti possent.

Conf. §. XI. in verbis: Wann obbestimmte Jahre und Zeit vorbey, wollen Wir der Churfürst, unsere Successores, oder Sede vacante ein Thum-Capitul dieses bis dahin verwilligtes Exercitium Augustanæ Confessionis ferner zu indulgiren nicht gebunden seyn, sondern u.

Huic igitur Recessui & omnibus ejusdem effectibus contradicere volens Syndicus KUNNECKE per priora verba: Ohne Neben-Einführung u. id. quod minus existimabatur, Simultaneum crudum Religionis Catholicæ exercitium, id est, in easdem Ecclesias à Protestantibus antea possessas, iisque relictas, ubi una tantum fuerat, introdustum aboleri petiit. Per posteriora vero verba: Zumahlen auch bey denen dazu gehörigen Kirchen u. reliquorum effectuum abrogationem denotavit, ut nimirum templa omnia à Protestantibus possessa, quamvis plura uno in loco existerent, iisdem restituenda essent, neque vel unicum illis contra possessionem tum habitam eripi, & Catholicis pro suo Exercitio assignari posset. Multo magis vero Monasteria similiter à solis Protestantibus tum possessa restitui, & Catholicæ Religionis Exercitio inde eliminato illud Augustanæ Confessionis denuo reduci deberet. Denique vel maxime ut subditi in Anno Normali suo Exercitio gavisi ab omni Emigrationis periculo immunes, elapsis etiam annis conventis, perpetuo non tantum in Territorio, sed etiam in templis, & Exercitio habito persisterent. Hæc vero omnia luculentissime denotant, tam ex propositionibus Syndici, quam ex declarata ipsorummet Protestantium mente, regulam ante dictam respectu memorati Recessus ita intellectam fuisse, ut quid & quantum retinendum posthac à Protestantibus subdi-

subditis, aut quid restituendum ipsis esset, ex possessione in dicto Anno habita, non autem ex tenore Reecessus controversi desumi debeat. Reapse vero hos omnes effectus nequidem obtinuit, sed uti Catholicis novem Monasteria cum redditibus, & solitario Religionis Catholice Exercitio contra possessionem Anni Normalis concessa fuisse, Protestantibus vero, conformiter eidem possessioni, perpetuitatem sui Exercitii & templorum omnium reliquorum, quamvis plurimum uno in loco existentium, retentionem sublata quacunque Annorum determinatione assertam fuisse certum est; ita quoad primum, sive *superinductionem* Catholici Exercitii in iisdem Ecclesiis Protestantium in potestate relictis, quamvis petitiones in Tractatibus expositæ liquido constant, ipsa tamen decisio communi demum consensu secuta, non æque luculenter, & energice petitionibus hisce correspondet; multo minus ad non petita & non expressa, sive Statum quandam mere habitualem vel verbo respicit.

§. XXXI.

Dein Regula dicitur respectu exceptionum, quæ illi opponi possent. Exceptionis autem nomine non venit Jus reformandi plenissime Dominis assertum, & ante Pacem tam Religiosam, quam Westphalicam competens, omnemque ex prerogativa & superioritate Statuum, & ex ipsa anteriore per totum Imperium hætenus usitata praxi pro se præsumptionem habens, sed ea, quæ in quæstione fuerant, Pacta possessioni in Anno Normali habitæ adversantia intelligi dignoscuntur. Unde & Simultaneum innoxium vi ejusdem Juris reformandi inductum, eo ipso, quod secundum indolem suam omnia, quæ à Protestantibus possessa fuerunt, Exercitium nimirum Religionis, templa, scholas, atque annexa salva relinquat, nequaquam inter exceptiones, multo minus inter eas, per quas regula illa eo, quo à Paciscentibus proponebatur, sensu destruat, & evertatur, computandum venit, aut computari ab iisdem voluit. Quam in rem præclare commentatur

Exceptiones Regulæ assertæ contrariæ Pacta intelligantur.

HENNIGESIUS in *Medit. ad Instrum. Pac. Art. V. §. XXXIII. lit. b:*



” Additur, quod hæc observantia *instar regulæ* obtineat, sed id pro-  
 ” cul dubio ex superioribus sic est explicandum, ut sensu affirmativo  
 ” intelligatur, quatenus observatum id facto hominum est, non vero  
 ” sensu negativo, ut pro observantia etiam habeatur, quod dicto An-  
 ” no observatum non fuit, ad hunc effectum, ne observari deinceps  
 ” diversum, aut fieri unquam fas sit. Facenim extare aliquod Pactum,  
 ” inter Dominum & subditos, quo his conceditur usus ad suæ Religio-  
 ” nis Exercitium omnium illo loco templorum, subditos autem Anno  
 ” vigesimo quarto certa tantum templa in potestate habuisse; alia ab  
 ” omni cultu divino jacuisse vacua; num observantiæ id erit, ut post-  
 ” hac perpetuo vacant? non crediderim. Id certum ex superioribus,  
 ” subditos sibi vindicare non posse, quæ in potestate sua non habue-  
 ” runt.” Hucusque HENNINGESIUS. Quod autem de Ecclesiarum  
 ” tum vacantium assignatione, tanquam regulæ ibidem assertæ nequaquam  
 ” adversante, censet, cur de novarum constructione non sit asserendum?

## §. XXXII.

Ulterior ratio  
 hujus regulæ in  
 Pace stabilitæ.

Præterea hujus ipsiusmet regulæ ita constitutæ ulterior ratio id-  
 ipsum confirmat ab eodem Syndico in suo *Promemoria* allegata *Num.*  
*V.* in verbis: daß aber der widrigen Pactorum ausdrückliche Cassation  
 §. XII. respective begehrt, und mit Vorwissen deren Interessenten gesu-  
 chet, und gesehet worden, ist geschehen, künstliche schädliche Disputen zu  
 verhüten, und sonderlich ungleiche Gedanken zu benehmen, ob liesse sich  
 die daselbst gemachte, und von Catholischer Obrigkeit Evangelischen, und  
 vice versa geseffenen Unterthanen redende Regul und Religions Pacta auf-  
 gegenwärtigen Fall darum nicht appliciren, weil der grössere Stifft, wie  
 eben gemeldet in Anno MDCXXIV. nicht unter Catholischer, sonderu  
 Evangelischer Obrigkeit gewesen. Cui apprime quoque consentiunt Le-  
 gati Suecici.

apud: MEIERN: *Act. P. W. Tom. V. pag. 535.*

Es seye derjenige Recess, welcher Anno 1643. wegen des Stiffts Hildes-  
 heim mit dem Hause Braunschweig und Lüneburg errichtet worden, um-  
 deswillen, weil solcher contra observantiam Anni 1624. lauffe, nah-  
 mentlich cassiret und aufgehoben worden, ohnerachtet sich der Chur=Cöll-  
 nische

nische Gesandte aufs äufferste dargegen gesetzt habe. Denn von dieser Reg-  
 gul und norma observantiae Anni 1624. dürfte man kein haarbreit wei-  
 chen, wenn man nicht neue Disput, Zanck, und Unruhe anstift-  
 ten wollen. Quod ipsum rursus id unum determinat, quid & quan-  
 tum subditis dissentientis Religionis necessario, tanquam ab iis posses-  
 sum, relinqui, & in quid & quantum ipsi restitui debeant, salvo de  
 cetero Domino Territoriali omni eo, quod eorum possessioni non re-  
 pugnat. Ob dubietatem Pactorum subditorum Exercitio-mox faventes  
 & revocationes, ob frequentissimas eorundem immutationes  
 & revocationes, ob plurimas exceptiones partim à subditis, partim à  
 Dominis cum fundata saepe ratione illis oppositas, Possessio eorundem,  
 non facultas Domino Territoriali de reliquo competens, alia & una  
 quadam regula ad evitandas innumeras lites alioquin exinde secuturas  
 determinanda fuit. Quae omnia insimul ostendunt, non statum præci-  
 se Religionis unius vel alterius, sed Statum subditorum uni vel alteri  
 addictorum fuisse, quem una quadam regula determinari voluerint, &  
 quo retento Paci prædictæ plenissime esset satisfactum. Ubi & illud  
 haud incongrue advertitur, observantiae nomine hic loci Statum quen-  
 dam habitualem Anni MDCXXIV. neutiquam intelligi, sed respectu Pa-  
 ctorum observantiam hic dici. Cum enim istis Pactis innumerae oppo-  
 ni exceptiones solerent, quae vel eorundem valorem impugnarent, vel  
 sensum in controversiam vocarent; sicut alias in civilibus etiam optima  
 Pactorum & Privilegiorum interpret dicitur diuturna, & longi tempo-  
 ris à Lege præscripti, aut immemoralis observantia, ita, cum etiam  
 observantia ipsa, pro vario tempore & varia, vel Catholicorum, vel  
 Protestantium, fortuna & præpotentia diversa & varia fuerit, regula  
 constituitur, ut eo modo Pacta etiam observanda posthac sint, vel non  
 sint, quo & quatenus Anno supra dicto observata, vel non observata  
 fuerunt, aut fuisse probari poterunt. Nihil porro ut commemorem,  
 hoc vocabulum *Observantia* vocis; *Conviventia* aliis anterioribus in  
 Tractatibus & Projectis sive Formulis hinc inde communicatis & exhi-  
 bitis antea positæ, ferius demum, & quidem non alio ex fine, quam  
 ad probationem exercitii & illius, quod dicto anno dissidentes subditi  
 habuerant, magis facilitandam, ad illam vero scientiæ Domini, quam  
 conviventia supponere & requirere videbatur, declinandam, minime  
 autem ad inducendam status cujusdam mere habitualis locorum post-  
 hac non amplius mutabilis perpetuitatem substitutum fuisse; adeoque  
 id ipsum per *Observantiam*, quod antea per *Conviventiam*, quoad sub-  
 stantiam



stantiam intentum fuisse. Id enim omne suo pro scopo & instituto lu-  
culentius & prolixius exposuit Magnifici D. BARTHELII Dissertatio  
superius laudata, *de eo, quod circa Libertatem Exercitii Religionis ex  
lege Imperii Justum est*, Cap. IV. §. XXIII. & XXIV.

Conf. etiam Ill. DE MEIERN *Act. P. W. Tom. V. pag. 532.*

### §. XXXIII.

Ulteriores  
remonstra-  
tiones mu-  
tuae,

praesertim  
Reveren-  
dissimi Do-  
mini Ada-  
mi refle-  
xiones.

Nutasse quandoque hanc Recessus Brunsvico-Hildesienfis aboli-  
tionem, quamvis à Caesareis jam acceptatam, ex praemissa superius Hi-  
storia patescit. Catholicorum vero omnium contraditio infecuta adeo  
Caesareanorum Projecto restitit, ut ipsa etiam autoritatis Caesareae in-  
terpositione suffulciretur. Hoc autem intermedio tempore utraque  
pars sua, quae sibi suffragari crediderat, Jura, & illas, quae ex talium  
Factorum abrogatione aut convalidatione secutura essent, sequelas al-  
terutri Religioni perniciosas graphice descripsit. Ex parte Catholico-  
rum ADAMUS ADAMI plurium Praelatorum Legatus, & Religiosis  
Catholicae zelo admodum succensus Memoriali suo XI. Junii Legatis  
Caesareis exhibitio reflexiones quasdam, *Eventual-Bedencken*, appel-  
latas adjunxit, quae omnes solam restitutionem contra Pacti & Recessus  
tenorem à Catholicis faciendam Religioni Catholicae perniciosam osten-  
dunt; introductionem vero novam Exercitii Religionis in alijs Ecclesijs  
vel recens erectis, vel in potestate subditorum Protestantium nun-  
quam constitutis nec verbo attingit tanquam simili cuidam periculo sub-  
jiciendam. Nec enim intelligi poterat jactura templorum, quam exin-  
de praefagit, de noviter erectis, qualia utique erigi non solebant an-  
te Pacem Westph., ante quam in iisdem Ecclesijs Catholicos à Prote-  
stantibus subditis admitti, vi Pacis Religiosae Domini Territoriales im-  
perare, imo suas illis eripere, salva Pace eadem mox dicta, Pactis spe-  
cialibus non existentibus, poterant; Neque in Principatu Hildesienfi,  
tanquam Ducibus Brunsvico-Luneburgensibus adhuc subiecto, recens  
erigi ab Episcopo potuerant, vel voluerant. Sicut & de sola restitu-  
tione Monasteriorum per eundem Recessum Episcopatu Hildesienfi  
reincorporatorum conqueritur, his autem relictis Religionem quoque  
Catholicam ibidem reintroductam, quamvis maxima pars subditorum in

Ter-



Territorio Hildesfensi jam in Anno Normali Protestantium castra secuta fuisset, salvam fore, nec unquam dubitavit.

### §. XXXIV.

Nec dubitavit quoque de hoc Syndicus Statuum Augustanae Confessionis Provincialium KUNNECKE in suis, quæ ab initio Mandata Statuum Provincialium Augustanae Confessionis addictorum tanquam Principalium suorum protulit, propositionibus jam superius relatis, oblatisque formulis, ubi id solum egit, ut in Hildesfensi Diocesi non ipsa Religio universim, sed subditi in sua Religione, quam professi fuerant, & secundum statum, quem ex possessione Anni Normalis vel haberent vel recuperaturi essent, posthac permanerent, & destituti restituerentur; non ut, quid Dominus posthac in sua parte ageret, Jus quoddam contradicendi subditis in sua præscise possessione non turbatis assereretur. Unde cum primum securitatis hujusce exercitii perpetuo & solitarie suis in Ecclesiis habendi subditis suæ Religionis confortibus propior spes affulgeret, tanta ejusdem, testibus ipsiusmet litteris XII. Maji Anno MDCXLVII. datis, fuit lætitia, ut semetipsum capere vix posset; quid? quod ut omnem Catholicorum contradictionem posthac excitandam sæcurius præverteret, arctissimum non tantum commendavit secretum, sed & hunc favorem sibi tam acceptum, Catholicis e contra tam odiosum credidit, ut aliquot etiam Præfecturarum Brunsvicensibus relinquendarum cessione eundem redimere potius debuisse ipsi viderentur. Verba ejusdem adeo sunt energica, ut cum integro suo tenore

Syndici  
Kunnecke  
primæ pro-  
positiones  
& litteræ,

ex STRUBENII cit. P. II. Tract. VI. §. VI.

huc transferenda non immerito videantur. Wie ich zulezt, inquit ibidem, das Wort gehöret, daß die Clausula concernens, nemlich, daß die Pacta inter Episcopum & Duces Brunsvicensis inita sollten specificè cassiret, und des Erists. Stände und Unterthanen bey der Religion Augustana Confessionis gelassen werden, daß ich gleichsam für Freuden geweinete; und wenn mir gleich einer viel tausend Thaler verehret hätte, nicht so angenehm gewesen wäre. Nun ist noch übrig, daß ich erstlich sehe, wie es möge ins Teutsche gebracht, und nicht noch zulezt etwas möge darunter versau



verraumet werden. Es wollen sich aber Euer Hochedl. Gestr. und die Landschafft keiner sonderbaren Freude gegen die Catholische vermercken lassen, auch bebleibe ihr geringsten hierüber mit niemand, als mit Hochvertrauten etwas reden. Dann ich bin versicheret, daß es unser Canzler und Canzler Buschmann vor eine unmögliche Sach gehalten, daß dieses dergestalt, wie Gott Lob geschehen, per expressum sollte aufgehoben werden können. Sie sollten lieber zwey Nemter, ja mehr vom Stift wieder weggeben, dann mit Willen dieses eingeraumet haben. Adeo nimirum subditi Augustanae Confessioni addicti nunc notam illam Aesopi de echino, quem Latini hericium vocant, & vulpe fabulam ludere attentant, eoquod, cum post diuturnas altercationes, caedes & clades, tractationes, & petitiones disceptationes in Pace Westph. eorundem Exercitium in Territoriis Principum Catholicorum demum cum effectu securitatis perpetuae aliquatenus & quoad certam subditorum classen admissum fuit, id eo nunc extendere cum manifesta sanctionum publicarum contorsione conentur, ut Catholicam & Domini Religionem in eadem tantum loca, non templa, reverti cupientem expellere, aut potius Dominum Territorialem ipsum pro sua libertate eandem introducere volentem prohibere audeant. Id, quod manibus tenuerant, eripi anxie timebant, relinquere mirifice lætabantur; nunc ad ulteriora & inaudita adversus Dominos ipsosmet temere easdem extendere non dubitant.

### §. XXXV.

Ejus Pro  
memoria A-  
dami refla-  
xionibus  
oppositum.

Multo magis vero inde ea Syndici mens atque intentio colligitur, quod in suo ita dicto *Pro memoria* ADAMI ADAMI reflexionibus, ubi abolitio Recessus supra dicti (uti mox superiore §vo XXXIII. memoravimus) vacillare rursus videbatur, opposito de eo tantum Simultaneo conqueratur, quod *crudum* alias dicitur, & verius quoddam subditorum incommodum, sive molestiam ipsi facto illorum possessionis, ut saltem eidem videbatur, aliquatenus contrarium involvit: atque hoc per Pacem Religiosam alias certissime Domino liberum ubi excipi & tolli desiderat, alterum ex ipsa Juris reformandi Dominis per illam asserti, nec in Pace Westphalica adempti, sed nova duntaxat & unica limitatione, quæ expresso §. XXXI. ejusdem textu probari potest, coarctati consequitur. Solum vero illud & quidem ad summum in Principatu

tu saltem Hildesiensi aboleri memoratus Syndicus voluit. Sicut enim de solo hoc differuit ADAMUS ADAMI in *Eventual-Bedencken Num. III.* inquit: das *Simultaneum Exercitium Religionis*, welches NB. vermög der Braunschweigischen Tractaten an allen Orthen des Stiffts hätte sollen eingeführet werden, würde verhindert und abgeschaffet. Ita idipsum quoque intelligit Syndicus KUNNECKE mox dictus in Remonstracione Plenipotentiariis Suecicis exhibita *Num. IV.* in verbis: REMANERET quoque (si videlicet Recessus Brunsvico-Hildesiensis, sola temporalitate Exercitii subditorum sublata, quoad reliqua in vigore suo relinqueretur OBTRUSUM ILLUD (per eundem Recessum) SIMULTANEUM *Catholicae & Augustanae Confessionis Exercitium in illis LOCIS ac TEMPLIS, ubi antea non fuit usitatum.* Siquidem nomine Simultanei *in locis ac templis* hoc unum venire potuit, cum loca non generalia, sed specialia, ut Tempia, Monasteria, Hospitalia, Collegia &c. intellexerit; imo & de locis generalibus, urbibus, oppidis & pagis intelligendo, conjunctiva tamen sive copulativa ejusdem locutio per particulas *in locis ac templis* expressa ad sui verificationem utrumque requirit. Simultaneum enim innoxium, quod hodie passim ita vocari solet, introductionem Religionis in iisdem tantum locis generalibus, urbibus, oppidis denotat, & in eo à Simultaneo crudo sese contra distinguit, quod hoc ejusdem introductionem in iisdem locis specialibus, sive templis, simul & copulative importet.

### §. XXXVI.

Natura præterea totius, negotii & indoles Recessus Brunsvico-Hildesiensis luculentissime suffragatur. Ut enim statuere possimus, quid post abolitionem Recessus cesset, & interdictum posthac censeatur, omnino necesse est prænosse, quid in Recessu ipso fuerit conventum. Hoc enim ex integro Tractatuum desuper habitorem decursu colligitur, nihil aliud in quæstione tum fuisse, quam quod in Recessu sapefato expressis verbis fuerat conventum. Certum quippe est, quod Catholicis petierint præcisam retentionem illius, quod ex Recessu prædicto iis stabilitum fuerat. Atque vero planum perspectum, & omnino indubitatum est, Protestantes Status & subditos Hildesienses nihil etiam aliud in controversiam & contentionem vocasse, quam id solum, quod in Recessu prædicto Duces Brunsvicenses Principi & Episcopo Catho-

H

lico



lico jam vi Pacis Religioſæ aliunde quidem antehac debitum, ſed ex ſuperabundanti etiam per modum pacti conceſſerant, aut illius reſtitutionem petiſſe, quod ſubditis de poſſeſſione ſua ſub Ducibus Brunſvicionibus habita per eundem Receſſum deceſſerat. Ita enim hanc & petitionis Catholicorum, & contradictionis Proteſtantium ſummam refert Syndicus KUNNECKE in litteris de XXVIII. Julii Anno MDCXLVII. datis, daß zwar Catholici die 70. und reſpective 40. Jahren wohl caſſiren laſſen, aber das Simultaneum behalten wollten. Retineri porro ex pacto & reſervari, aut remanere tantum poterat, quod per pactum antea conceſſum, aut potius ſtabilitum comperitur. Verba autem pacti non aliqua tantum ſolitarie & ſeparatim ſumpta, ſed cum toto ſuo contextu (ſiquidem incivile eſt, ex paucis duntaxat vocalis, omiſſo reliquo tenore, judicare velle) conjuncta Simultaneum crudum expreſſe denotant: propterea quod non ſimplicem introductionem Religionis Catholicæ Epifcopo aſſerant, ſed talem, quæ in civitatibus, oppidis & pagis uſum Eccleſiarum, Confeſſionalium, Cathedrarium, fontis baptiſmalis, campanarum, clavium, Cœmeteriorum, quæ ſoli Auguſtanæ Confeſſionis cives & ruſtici ſubditi antea habuerant, communem pro diverſo tamen tempore redderet, imo Monasteria, expulſo prorſus ſtatim Proteſtantismo, ſolius Catholicæ Religionis Exercitio patefaceret in verbis: noch Uns dem Chur: Fürſten, als Biſchöffen zu Hildesheim, unſeren Succeſſoren und Mitbeſchriebenen das publicum Exercitium Catholicæ Religionis darneben überall in denen abtretenden Städten, Flecken und Dörffern ſolcher Geſtalt einzuführen freyſtehen, daß, wofern an einem Orth zwei Kirchen vorhanden, diejenige Kirche denen Evangelischen verbleiben, darinn ſie biſhero ihren Gottes: Dienſt verriichtet, die andere aber den Catholicischen anzurichten zugelassen ſeyn ſolle; an den übrigen Orthten aber, wo allein eine Kirch, ſoll beyden Theilen in derſelben auf gewiſſe Zeit und Stunde, wie ſie ſich beſſen zu vergleichen, ihren Gottes: Dienſt (jedoch daß ein Exercitium das andere nicht verhindern) zu üben unbenommen, ſondern in Krafft dieſes zugelassen ſeyn, dero Behuef ſowohl denen Catholicischen, als Evangelischen der Beicht: und Predigt: Stuhl, Taufe, Glocke, Schlußſel, Kirchhoff, und zu der Sepultur gehörige Nerther gemein verbleiben. Neque aliter etiam præſumratio ipſa patitur, dum Elector FERDINANDUS tum temporis transigens de introducenda in ſeparatis Eccleſiis de novo exſtruedis Religionis ſua nec rationabiliter cogitare potuit, aut voluit, pro pauciſſimis quippe Catholicis, & exiguo XL. vel LXX. annorum tempore inutilis




utiles & superfluae prorsus expensae ejusmodi fuissent, utpote quibus elapsis, & veniente idcirco emigrationis per Recessum conventae termino, templa Protestantium privativo Catholicorum usui infervire poterant, & vigore ejusdem debebant. Cum itaque tantum illud Simultaneum Statuum Provincialium Augustanae Confessionis Syndicus postularit abrogari, quod Catholicis per dictum Recessum fuerat conventum, & ex Pacto *retineri* petitum, solum Simultaneum *crudum* abolitum esse, recte omnino concluditur; Simultaneum vero innoxium ita dictum uti in Recessu praedicto non fuerat conventum, imo nec speciali conventionione indiguerat, eodem abrogato nec poterit dici abrogatum.

§. XXXVII.

Accedit hisce omnibus effectus, quem huic abolitioni Recessus per Summos Pacificentes utrinque semel conclusae iidemmet, qui huic negotio omnem suam ante operam navaverant, Legati attribuerant, qui revera talis est, qui Simultaneum quidem crudum aliquatenus, nequaquam vero innoxium tangere potuit. Hunc autem LAMPADIUS Legatus Brunsvico Calenbergensis in Relatione sua II. Martii MDCXLVIII. ad Principem missa eum esse asserit, ut, remotis nunc Catholicis a concessa illis per Recessum Ecclesiarum communione, subditi Augustanae Confessionis soli *in suis Ecclesiis* securo in perpetuum Religionis suae exercitio absque ullo ejusdem impedimento, damit die Unterthanen im Stiff Hildesheim in ihren Kirchen ohne Eintrag verbleiben mögten, gaudere posthac possint. Hunc quoque solum effectum supposuisse Syndicum Doctorem KUNNECKE recitatae jam superius §. XXXIV. ejusdem literae ad LIBORIUM de VRISBERG datae, & conceptae ex sola etiam abolitionis Recessus saepe dicti spe laetitiae vere immentae testes luculentissimae abunde indicant, quibus & aliae ejusdem ad eundem XXX. Junii Anno MDCXLVII. datae suffragantur, ubi de *restitutione* exercitii securus de restitutione duntaxat Monasteriorum anxie timet in verbis: vor 2. Tagen habe Euer Hochedel, Gesfr. auch geschrieben, daß ich sonderlich der Clöster wegen in grossen Sorgen stünde... aber da sorge ich Gott Lob nicht mehr vor, daß die löbliche Landschaft der Religion halber zu ewigen Zeiten versicheret seye. Hic igitur effectus, sive ipsa haec subditorum in suis separatisque Ecclesiis perpetua

Effectus  
à Legatis  
Brunsvi-  
censibus as-  
sertus.



exercitii retentio cum per simplicem introductionem Religionis in eodem pago vel oppido nullum patiatur detrimentum; quis inde unquam concludere poterit, Dominum impediri voluisse, quominus salva & imperturbata eorum possessione, suam quoque Religionem in alias saltem ejus loci Ecclesias recens erectas, & nunquam Protestantibus adiectas inducere possit?

### §. XXXVIII.

Diversus  
& proprius  
Simultanei  
significa-  
tus,

Porro non leve quoque pondus enarratis hîsce omnibus argumentis communior eo tempore, & magis propria hodieum loquendi consuetudo suppeditat. Communior enim eo saltem tempore loquendi usus fuisse dignoscitur, quo Simultanei nomine solum crudum ita nunc dictum significari & intelligi solebat, cui & propriæ soli hæc appellatio ex etymologia nominis sui propius & strictius convenire videtur. Communi huic appellationi inhæsit arctius Legatus Brunsvico-Guelpherbytanus COLERUS in Relatione sua de IV. Martij MDCXLVIII. ad Ducem AUGUSTUM inquires: Es hätten die Catholische im Stiff Hildesheim innerhalb der Statt an 5. Orthen (septem dicit prælaudatus LAMPADIUS) und ausserhalb ausser anderen Catholischen Kirchen in diesen 9. Clöstern das Exercitium Religionis, und bedürfften deswegen des Simultanei nicht. Ubi notanter animadvertendum occurrit, quodsi in eodem etiam loco, in diversis tamen Ecclesiis dummodo talibus, quæ in Anno Normali Protestantibus addictæ non fuerint, in Catholischen Kirchen, sive ante, sive post Pacem aut annum Decretorium à Catholicis erectis Catholicis subditi suum cultum exerceant, non Simultaneum, sed simpliciter exercitium vocetur, atque ideo indistinctim permittatur, imo nec dubium desuper moveatur. Simultaneum vero illud solum dicit, quod nos cam addito: *crudum* appellamus, sive quod in Ecclesias à solis Protestantibus jam in Anno Normali possessas superinduceretur, atque hoc saltem indigere negat Catholicos, und bedürfften deswegen des Simultanei nicht. Eadem accuratior loquendi Methodus ipsismet Summis Paciscentibus etiam aliis in Tractatibus Pacis, ac præsertim statim post eandem usitata fuit & familiaris, ut nunquam introductionem Exercitii publici Religionis Domino consentientis in loco à dissentientibus habitato Simultanei nomine indigarent. Hac enim Simultanei formula in Tractatibus Pacis Summi Paciscentes nunquam usi fuerunt, ubicunque liberam Dominorum Territorialium suam  
Reli-

Religionem introducendi facultatem tanquam extra omnem controversiam positam & certissime præsuppositam enuntiarunt in *Conferentia* Længericæ instituta, & secuta ibidem unanimi Protestantium omnium deputationum consensu declaratione sub tit. *der Evangelischen Schluß zu Längerich, oder Gegenerklärung* in puncto gravaminum Monasterii die XVIII. August. ejusdem Anni, Plenipotentariis Cæsareis, ac insequenti die Electoralibus Saxonis & Brandenburgicis exhibita fuit, id quod Osnabrugæ jam XIV. August. Legatis Cæsareis & Suecicis factum fuerat, cujus *Art. XV.* tanquam certissimum Jus introducendi Exercitium publicum suæ Religionis, & nulli prorsus contradictioni jam inde ab initio subiectum sincere agnoscunt, & candide consentunt in verbis: *Wann nun hierüber seinen Catholischen oder Evangelischen Unterthanen ein oder ein ander Theil das publicum Exercitium Religionis verstaten will, stehet ein solches in alle Weeg frey und bevor.*

Vid. CORTREJ. *Observ. ad Pacem Relig.* pag. 372.

Conf. MEIERN *Act. Pacis Westphal. Part. III. Lib. XXI. §. IX.* pag. 338.

Similem prorsus loquendi modum retinuit etiam Plenipotentiarius Suecicus SALVIUS in projecto suo Mense Novembri MDCXLVI. exhibito, quo rursus eandem Simultanei innoxii, abusive hodie ita dici soliti; facultatem communiori tum phrasi introductionem Exercitii simpliciter compellat, sed luculentissime etiam consistetur in verbis: "Quominus autem tam Catholici, quam Evangelici Magistratus Ecclesiastici æque, ac Politici suis subditis *tam Evangelicæ, quam Catholicæ* Religionis Exercitium publicum *pro arbitrio* concedere possint, *nullis* Legibus aut Juramentis prohibeantur."

Vid. CORTREJ. *Observat. ad Pacem Religios.* pag. 385.

Add. itidem MEIERN *Part. cit. III. Lib. XXI. §. XXXIX.* pag. 431.

In ipso vero Pacis Instrumento eundem loquendi usum retentum fuisse *Articuli V. §. 27.* de terris oppignoratis statuens apertissime testatur, cui & *Articulus VII.* ad solos Protestantes inter se, sive ad Augustanæ Confessionis addictos & sic dictos Reformatos pertinens, arctioresque



nonnihil Juris reformandi limites constituens consentit, ubi nunquam interdicta Domino suæ Religionis introductio Simultanei nomine venit, sed tantum Exercitii publici concessio simpliciter dicitur, præsertim ejusd. *Articuli V. §. 2.* in verbis: *Si vero aliqua communitas eveniente mutationis casu Domini sui Religionem amplexa, petierit suo sumptu EXERCITIUM, cui Princeps vel Dominus addictus est, liberum esto, sine reliquorum præjudicio, si illud indulgere à Successoribus non auferendum.* Post Pacem vero conclusam multo luculentius illud præcipue ex controversiæ Palatino - Neoburgicæ aut Solisbacensis agitatione prolixius inferius recensenda elucescit, dum Legati ibidem deliberantes sapissime Simultanei nomine templorum eorundem, imo & redituum atque bonorum communionem denotant, ab eoque extructionem novarum, five separatarum Ecclesiarum, ac simplicem Exercitii publici Religionis Domino Territoriali consentientis introductionem, quæ Simultanei innexii & latius improprieque ita dicti sensu hodie intelligitur, luculentissime, ut infra patebit, distinguunt. Hanc appellandi consuetudinem etiamnum sequitur

BOEHMERUS *Jur. Eccles. Prot. Lib. I. Tit. I. §. LXXVII.*

ubi Simultanei nomine compossessionem templorum Catholicis concessam intelligit, sed illud, quod Simultaneum innoxium hodie compellare passim amant, *simplicem introductionem* Religionis Catholicæ vocitat. Reliquos omnes in re, ex ipsis consuetis Tractatum Pacis loquendi formulis indubitata, supervacaneos ut taceam, quorum ingens forsan Catalogus contexi posset, si solis vocibus magis, quam rebus inhærendum existimarem.

§. XXXIX.

Latiore  
Lampadii  
sensu  
Thesi  
nostræ  
innoxius.

Utrumque vero, non diffiteor, Simultaneum dicere videri posset unicus Legatus alter Brunsvico - Calenbergensis LAMPADIUS, sed & utrumque a se invicem sedulo distinguit. Unum enim abolitum dicit, alterum obtinere potius supponit. *Wegen des Stifts Hildesheim, und zumalen, daß darinn das simultaneum Exercitium aufgehoben werden solle, hat es über die massen grosse Difficultäten abgeben.* Has difficultates autem addit à Protestantibus evitatas fuisse supradicta exemptione Monaste-



Monasteriorum ex termino Anni MDCXXIV. eo fine, ut Protestantes in suis Ecclesiis sine turbatione permanerent. Ecce Simultanei crudi abrogationem, quod infra etiam alio nomine vocat: *Buschmanns Simultaneum*, id est, illud, quod BUSCHMANNUS tam acriter defenderat. Aliud autem Simultaneum, nimirum ad declinandas nonnihil Catholicorum & BUSCHMANNI precipue Contradictiones in latiori sensu, & a mente Catholicorum tum exposita alieno, acceptum, quod nos innoxium vocamus, non tolli aut aboleri, nec prohiberi ipsemet faterur. Auch würde das Simultaneum im Stift Hildesheim nicht aufgehoben, sondern die wenige Catholische Unterthanen, so etwa in dem Stift Hildesheim vorhanden seyn mögten, könnten ihr Exercitium in den abgetrettenen Klöstern überflüssig haben. Dazu wären in der Statt Hildesheim noch 7. Catholische Stifter, auch wären in dem kleineren Stift noch unterschiedliche Catholische Kirchen, darinn die Catholische jederweilen ihr Exercitium behalten hätten, und wären also mehr Kirchen in dem Stift Hildesheim, als die Catholische zu ihrem Exercitio vonnöthen hätten. Ex hac diversa loquendi ratione satis intelligitur, tum Simultaneum in communiore & frequentiori sensu solum Crudum appellatum fuisse; hoc igitur solum, & quidem non inverosimiliter ex rationibus specialibus soli Episcopatu Hildefensi propriis, secundum mentem saltem in præviis tractatibus, licet disertis ipsius Pacis verbis non æque, luculenter expressam abrogari duntaxat voluisse. Aliud, innoxium nec dubitationi, nec ulli difficultati obnoxium Protestantibus ipsismet visum fuisse, haud vane vel inde conjicitur, cum abdicatis semel Monasteriis, eorumque redituum & bonorum & ædificiorum templorumque restitutione decreta, circa exercitium Religionis Catholicæ ibidem introducendum nec litteram unquam opposuerint, quamvis in anno Normali solum A. C. exercitium ibidem viguisset, & haud dubie multa eorum in locis ab Augustanæ Confessionis hominibus habitatis & Religionis suæ ab Episcopo tanquam Domino Territoriali recuperante dissentientis exercitio publico jam tum in distincta etiam Ecclesia gavisis, vel tali per restitutionem ejusmodi destitutis, & postea eodem ex liberalitate & beneficio Principis Episcopi denuo donatis sita reperirentur.



## §. XL.

Alteri ex  
Lampadio  
difficultati  
responde-  
tur,

Neque obstat, ex ejusdem LAMPADII sententia ad has præcise Ecclesias jam tum Catholicis relictas & addictas Exercitium hoc restrictum & coarctatum videri. Siquidem restrictive & taxative non loquitur, nisi eam restrictionem intelligas, quæ in cæteris templis jam tum existentibus & per abrogationem Factorum ex possessione in anno Normali habita solis Protestantibus addictis id denegatum voluerit. Cæterum dum in templis jam tum erectis & Catholicis relictis id concessum ait, in noviter erigendis certe non denegat, imo ejusdem rationis paritate permittum multo potius agnoscit. Quamquam agnitione ejusdem opus non fuerit in re, quæ alioquin ex superioritate Territoriali & communi per totum Imperium hæctenus usitata praxi per Pacem ipsamet Religiosam firmata, & per posteriorem Westphalicam non contradicta, imo in primis statim Tractatibus extra dubitationem posita & Statibus Catholicis æque, ac A. C. addictis diserte per modum principii generalis aperte præsupposita, omnem pro se præsumptionem habuit,

Conf. §. præcedens XXXVIII.

adeoque ad sui permanentiam & perpetuitatem, non agnitionem aut concessionem novam, sive permissionem expressam desideravit, sed ad sui revocationem vel inde speciali mentione indignisset. Unde & argumentum ex silentio Catholicorum deductum tanquam mere negativum suam infirmitatem satis prodit, dum nimirum ad assertam à LAMPADIO templorum Catholicorum tunc existentium sufficientiam de sperando majori quondam eorundem subditorum Catholicam Religionem in aliis præcipue locis amplexurorum numero nihil prorsus opposuerint, aut de solis sumptibus ad constructionem novarum Ecclesiarum necessariis rem duntaxat agi, non replicaverint. Frigidum quippe hoc fuisset solatium, quod suis sumptibus novas erigere Ecclesias integrum illis posthac relinqueretur. Nam & sumptus ejusmodi Dominis Territorialibus, ad quos totum Religionis subditorum arbitrium alias pertinuerat, & quibus totum, quod habebant subditi, exercitium in acceptis referre debebant, in gratiam subditorum a se dissentientium suscipere difficile, & suæ, cui addictos se quique profitebantur, Religioni in sequela sua perniciosum satis fuerat, ut propterea & ob hanc ipsam

ipsam difficultatem Religioni tanquam inter homines constitutæ, adeoque mediis & subsidiis temporalibus, secundariis licet, omnino tamen necessariis, indigenti admodum præjudiciosam, Simultanei crudi abrogationi merito omni virium conatu resisterent, & quidem eandem suam resistentiam post abdicatos jam redditus Parochiarum, tanquam a destinatis ad fabricam Ecclesiarum redditibus plane distinctos, eo fortius continuarent, ut illis amissis jam unum onus, competentia nimirum Pastoralis ex suo subministrandæ sibi incumbere, eos præterea sive Catholicos sive Protestantes vel Decimatores vel Patronos vel Communitates, quibus Ecclesiarum constructio pro diversitate circumstantiarum convenit, duplici onere gravari non posse videntes, hoc saltem conservato communi Ecclesiarum licet in potestate & Dominio Protestantium subditorum secundum possessionem anni Normalis relictarum usu subterfugere & à se amoliri possent. Unde & de sumptibus hisce propter majorem numerum Catholicorum subditorum aliquando sperandum necessariis futuris exceptionem facere supervacaneum fuerat; cum hæc ipsa liberalitatis ex suo subditis præstandæ libertas extra contradictionem posita fuerit, ejusdem vero necessitas abrogationis Simultanei crudi, quale in Recessu intelligebatur, necessaria sequela fuerit, atque ita cum Catholicis renitentia sua ad extremum usque, & à Legato Coloniensi BUSCHMANNO fere ad Tractatum Pacis circa punctum Autonomiæ jamjam fini suo propinquantium irritationem protracta quoad hoc simultaneum Exercitium succurrere & proficere non amplius potuerit, etiam nullum amplius remedium superesse, afferri, aut sperari inde posse dignoscebatur, si accessuram sibi sumptuum in novorum templorum constructione collocandorum necessitatem rursus opponere perrexissent. Verbo: quæ dicta & mutuis hinc inde Tractatibus demum conclusa reapse fuerunt, regulam atque normam posthac constituunt, non quæ dici ulterius secundum cujusque privati nunc commentantis Critirion potuissent. Tacite sane Summorum Principum, præsertim ubi cum subditis iisdem res agitur, & ipsorum in manu negotium positum est, non derogari solere aut posse, tritum est & expeditum. Accedit, quod Status Provinciales Augustanæ Confessioni addicti, quoad insertiorem Clausulæ §. 33. superadditæ, & de cætero reliquorum Dominorum subditi quoad §. 31. & huncce 33. adversus Dominos Territoriales, antiqua hætenus per univèrsam Imperium usitata praxi, & Pace anteriore Religiosa tutos novam sibi legem expetierint.



rint. Iis ergo id, quod tauerunt, nocere, aut quod expressis verbis in lege concessum non fuit, denegatum videri ac remanere debet.

## §. XLI.

Vollmari  
de hac re  
sententia  
adversus  
Hildesien-  
ses declara-  
ta.

Si demum subsecutas virorum, qui Paci ipsimet condendæ inter- fuerant, de eadem Summorum Paciscentium mente magis instructorum interpretationes mox post pacem conclusam in publicam quoque lucem editas consulamus; luce meridiana clarius conficitur, de solo Simultaneo crudo in abrogatione Recessus Brunsvico Hildesienfis sermonem fuisse, innoxium vero, vel nudam Exercitii publici Religionis Domino consentientis introductionem, intactam semper & in terminis antiquis Pacis Religiosæ relictam permanisse. VOLLMARUS idem ipse Legatus Cæsareus, cujus opera post sufficientem facti informationem ex ADAMO ADAMI, & ex Syndico Statuum Augustanæ Confessionis Provincialium Hildesienfium KUNNECKE, itemque ex Legatis Brunsvicensibus haustam hæc ipsa Clausula Cassatoria inserta fuit,

Conf. LAMPADII *Relatio de II. Martii MDCXLVIII. ex STRUBEN. Tract. cit. §. VII. pag. 85. & 86.*

hanc illorum mentem in litteris ad Patrem Vicarium Conventus Capucinatorum Hildesienfium occasione famigeratæ illius cum Magistratu Civico Controversiæ VI. Junii MDCXLIX. datis, atque

a RITTMJERO in *Vindiciis Juris reformandi pag. 12.*

relatis luculenter explicat, generali hoc principio ibidem ipsi etiam Episcopo Hildesienfi, ad quem Pactorum abrogatio spectaverat, applicato: *Potuit igitur, inquit, D. Episcopus Hildesienfis tum Jure Episcopali proprio, tum Jure Principis immediati ex constitutionibus Imperii in fundo privatim ad se spectante intra civitatem (Hildesiam) novam pro Religione Catholica exstruere Ecclesiam, & quoscunque Religiosos ad celebranda ibidem divina officia inducere, modo non derogaret exercitio ad Magistratum civicum spectanti.* Ingentis sane ponderis hæc est explanatio, quæ Legatorum ipsorummet Brunsvicensium in petenda abrogatione Recessus intentionem suis in verbis etiam hæctenus abund-

abunde manifestatam liquidissime ad oculum demonstrat. Unius quidem partis sententia est, sed viri de mente Protestantium in petenda & extendenda subditorum Autonomia maxime instructi, & cujus opera in persuadenda Catholicis clausulæ abrogatoriæ insertione iidem, ad concitatum usque penes Catholicos plerosque nimiam in Protestantes propensionis aut facilitatis suspensionem, potissimum usi fuerant, sententia per litteras publicas orbi universo & ipsismet iis, quibuscum paulo ante in condenda Pace sub fide publica tractaverat, Legatis certissime exhibendas manifestata, adeoque ab omni partialitatis nonnisi frivole somniandæ ac temere ab **AUTORE ANTI VINDICIAR. HILDESI- ENSIUM PAG. m. 91. Lit. F.** objectæ suspitione quam remotissima, & quidem ab iisdem, qui interfuerant, adversæ partis Legatis, vel in ipsis Pacis Tractatibus, vel post Pacem jam conclusam in actuali hujus controversiæ agitatione eatenus non contradicta. Non quidem in ipsis Pacis Tractatibus: Nam iidem ipsi Legati Brunsvico - Luneburgenses in conferentia Langericæ instituta præsentés interfuerant, in qua (uti supra §. Dissertationis hujus XXXVIII. retulimus) introductio Exercitii publici Religionis propriæ Domino Territoriali cuicumque extra omnem controversiam posita, & tanquam certissima præsupposita agnoscebatur. Perperam enim & incoherenter Legatorum **COLERI & LAMPADII** exposita hætenus sententia tanquam contradictoria subsequis **VOLLMARI** litteris mox recitatis opponi & præhaberi vellet; cum totam illam Simultaneum duntaxat erudum, sive communionem templorum in Episcopatu Hildesensi attigisse hucusque demonstratum sit; hæc vero nudam Religionis Catholicæ in eadem oppida introductionem, salva subditorum dissentientium possessione, Domino Territoriali integram, in Tractatibus Pacis nunquam vel ullo verbo contradictam, Episcopo Hildesensi asserant, sive potius assertam & relictam in Pace supponant atque iustificent. Deinde nec post Pacem conclusam, & occasione hujusmet controversiæ: Idemet enim **COLERUS**, qui ipse tanquam Legatus Brunsvico - Guelpherbytanus Tractatibus interfuerat, in sua, quam XIII. April. MDCXLIX. Principali suo eadem super controversia Cappucinorum transmissit, Relatione, saltem Protestantium post Pacem jam conclusam petita ac desideria recenset, suam vero opinionem nequaquam prodit, utpote quam Protestantium petitis contrariam coram Principe suo itidem Augustanæ Confessionis sacris simul & Hildesensium civium partibus nimium addicto declarare prudenter nonnihil tardaverit. Imonec omnes in eo Protestantes concordés esse,

A Prote-  
stantibus  
non contra-  
dicta,



fed plerosque ſaltem advertit, nullam, qua ſe tuerentur, Pacis litteram referens, magnam vero virium & contentionem, & conſpirationem haud vane præſagiens. Quin & non paucos è Proteſtantium ipſorummet Statuum numero eandem veritatem à VOLLMARO aſſertam, & à Catholicis pro liquidiffima habitam agnoviſſe teſtatur

PFANNERUS in *Historia Comit. Ratiſbon. ſ. L. pag. 835.*  
 & 840.

Eventu  
 comprobata.

ut nihil proſuſ de exitu ejuſdem cauſæ Capuccinorum Hildeſienſium ex votis Catholicorum ſubſecuto commemoremus, quem ſuum ad Scopum opportunius latiusque refert *Diſſertatio ſuperius laudata de Libertate Exercitii Religionis*. Nemini enim dubium ſuperſeſſe exiſtimo, quin plus roboris habere debeat ſolemnis reſtitutio Cappuccinorum poſt plenam cauſæ cognitionem Magiſtratu Hildeſienſi ipſomet in litteris ad Sereniſſimum Electorem qua Episcopum Hildeſienſem XI. Febr. MDCLVI. datis deprecante, & culpam omnem in Executores Circuli Inferioris Saxonici frivole conjiciente, demum VI. April. MDCLVI. facta, quam nuda ejuſdem cauſæ in liſta reſtituendorum ad ſolam unius partis petitionem per Suecos facta relatio, & decreta duntaxat commiſſio, de qua

MEIERN *Act. Pac. Execut. Tom. I. pag. 104. 577. & 752.*

Facilius quippe iniqua ab una parte plus vice ſimplici petita fuiſſe experientia teſtatur, quam talia judiciali authoritate poſt plenam cauſæ cognitionem decreta, & utriuſque partis acquieſcentia poſthac acceptata & admiſſa fuiſſe præſumi poſſit.

## §. XLII.

Cauſa Pa-  
 latino-Neo-  
 burgica.

Hæc ipſa demum temporum Pacem concluſam proxime inſecutorum commemoratio etiam extra Episcopatum Hildeſienſem oculos pauliſper, & fugitive ſaltem conjicere nos admonet, ubi *Acta executionis Norimbergienſis Pac. Weſſph. apud*

MEIERN

## MEIERN Tom. II. Lib. XI. §. XI. &amp; seqq.

Controversiam Palatino · Neoburgicam nobis exhibent. In hisce enim (a) Legati Cæsarei, VOLLMARUS & CRANIUS Simultaneum crudum tanquam rem saltem dubiam usque ad futura Comitia admittendum esse, pro primo statim temperamento suadere nulli prorsus dubitabant.

Conf. *Idem loc. cit. fol. 579. & fol. 587.*

(b) Protestantes econtra Legati nihil aliud prorsus, quam solam insistentiam in *facto possessionis Anno MDCXXIV. habita* unquam exposcere ausi fuerunt. *Fol. 588. in verbis: Wenn aber das Hauptverck auf einen Reichs Tag sollte verschoben werden, so verblieben sie billig bey dem Facto Possessionis, und darauf fundirten Executions-Recess bis zu fernerer Entscheidung.* (c) THUMSHIRNIUS tamen Legatus Saxo-Altenburgicus, rei Protestanticae zelo in universis Pacis Tractatibus celeberrimus, à superiore Cæsareorum propositione quoad terras Solisbacenses & Neoburgicas non admodum alienum sese usque ab initio commonstravit. *Fol. eodem 588. Weil die Herrn Kayserlichen Gesandten auf guten Weeg seyn, vermeinte ich, man sollte sich der Occasion gebrauchen, mit Zuziehung der Herrn Kayserlichen das Collegium Deputatorum auf gewisse Media sich vergleichen, und denenselben gemäß in der Sache decretiren. Immassen Herr Vollmar selbst solchen Weeg vorgeschlagen . . . . Es wären über dieß allbereit solche Media ins Mittel kommen, daß man gar leicht zu einem Schluß gereichen könnte, das durch denn auch den armen Leuthen in den Aemtern Hilpoltstein, Heydeck, und Allersberg geholffen würde. Sed (d) cum Legatus Bambergensis Simultaneum etiam crudum, quale tunc temporis hoc nomine intelligebatur, sive in eadem cum Protestantibus Ecclesia Catholicis subditis concedendi liberam Domino Territoriali potestatem indiscriminatim & necessario ex debito à subditis dissentientibus recognoscendam affereret, in verbis: die Evangelische behielten ja die Kirche, wenn gleich das Simultaneum Exercitium eingeführet würde, und geschehe dardurch nichts wider das Instrumentum Pacis, denn darinn stünde, daß den Evangelischen die Kirche, so sie Anno MDCXXIV. gehabt, sollten gelassen werden, das stünde aber nit dabey, daß darum nit die Catholische das Simultaneum Exercitium darinne haben sollten. Legati autem Saxo-Altenburgicus THUMSHIRNIUS, & Brunsvico-Guelpherbytanus (e) interpretatio-*



nem hanc Instrumenti Pacis altioris duntaxat indaginis &, sua saltem ex opinione, menti & sensui Pacis Westphalicæ non penitus conformem appellabant;

Conf. fol. 599. & 600.

Porro (f) Simultaneo quidem crudo, quod in Ecclesiis Parochialibus Weidensi & Solisbacensi petierant Catholici, aliquatenus quoad posteriorem saltem diutius renitentes, Capellas tamen iisdem in locis sitas, & à Protestantibus in Anno Normali possessas, adeoque cum aliquali Protestantium subditorum detrimento, sponte tamen sua, &, ut aiebant, indebitas assignari patiebantur. Præterea (g) Simultaneum in diversis Ecclesiis, maxime à Protestantibus in Anno Normali non possessis Catholicis concessum ex se turbarum & dissensionum non esse inductivum fatebantur in verbis: Hier aber wollte Labrick, da man ihm doch auch die Capell nicht schuldig, damit nicht zufrieden seyn, sondern mit Gewalt in die Stadt Kirchen. Er müste sich vielleicht befahren, daß es sonst keine Gelegenheit zu zanken geben mögte. Adhæc (h) & ipsi & reliqui Protestantium Statuum Legati Simultaneum adeo crudum in Teritorio saltem controverso transactionis, & amicabilis compositionis objectum ob suam dubietatem existimabant. (i) Alii etiam Legati novarum Ecclesiarum erectionem in Domini non tantum arbitrio positam, & nulli difficultati obnoxiam, imo tanquam æquitati maxime consentaneam, subditis quoque Catholicis sub Domino dissentiente degentibus in iis saltem circumstantiis non denegandam esse fatebantur, referente VOLLMARO: Er wüste sich zu erinnern, daß die Chur- und Fürstliche Sächsische Gesandten zu Münster bey ihm gewesen, und selbst für billig befunden, daß denen Catholischen zu Weiden eine Capellen zu bauen mögte vergönnet werden. Legati autem Saxo-Altenburgicus, & Brunsvico Guelpherbytanus: Zu Erbauung einer Kirche hätten Ihre Fürstliche Gnaden auch allbereits Ihren Consens gegeben; es mögte auch endlich dieses simultanei Exercitii (crudi) wegen wohl von Uns können ein Ver gleich getroffen werden, wenn man præsupponirte, daß wegen der Pfarr Kirch zu Sulzbach Ihre Fürstlichen Gnaden ferner nichts zugemuthet würde. Denn sollte dieß nicht seyn, so könnten und wollten Wir auch zu den Weidenischen simultaneo Exercitio Uns nicht verstehen. Zu Sulzbach selbst wären ihnen (denen Catholischen) zwey Capellen angebotten, da doch der Catholischen so wenig da wären, daß sie sich auch mit einer Capell



pell behelfen könnten. Daß nun die Neuburgische damit nicht ersättiget  
 wären, sondern immer mehr und mehr haben wollten, daß ließe wider alle  
 Billigkeit und Raison. Interjectis dein verbis superius notatis additur:  
 Es hätte fast das Ansehen, ob wollte man Ihro Fürstl. Gnaden (zu Sulz-  
 bach) schlimmer tractiren, als die Dorff-Bauern im Stifft Donabrück,  
 bey welcher Handlung, wo zwey Kirchen gewesen, man die Kirchen allzeit  
 getheilet, und denen wenigsten die Kleinste gegeben. Atque hinc est, quod,  
 ubi cunque novarum Ecclesiarum constructio proposita fuit, nec ullum  
 eadem contradictorem unquam ex Protestantibus invenerit. Imo,  
 quod majus est, non tantum in Dominorum arbitrio existimabatur, sed  
 & ipsismet subditis à Dominis in Religione dissentientibus non de-  
 gaudam esse creditum fuit, dummodo ipsi propriis suis sumptibus eam  
 suscipere voverint; quæ propositio nullam prorsus difficultatem, aut  
 vel contradictionis umbram ullibi passa, imo potius hæc ipsa nova-  
 rum Ecclesiarum propriis sumptibus constructio in tali saltem Territo-  
 rio excursioni subditorum ad publicum suæ Religionis Exercitium in  
 vicina frequentandum, subditis sub Domino dissentiente degentibus  
 nulla Anni Normalis possessione tutis indiscriminatim permittæ, æqui-  
 parata legitur, & æque parum prohibita, aut Paci adversa a CRANIO,  
 & cæteris Legatis existimabatur fol. 591. in verbis: Wo so viel Catho-  
 lische oder Evangelische wären, daß die übrigen nicht einen Drittel austrä-  
 gen, sollten dieselben übrigen entweder eine Kirche auf ihre Unkosten bauen,  
 oder in viciniam gehen.

*Conf. etiam fol. 600.*

Quod ipsum Legati quoque August. Confessioni addicti Saxo-Vinari-  
 sis, & Saxo-Altenburgicus TMUMSHIRNIUS agnoverunt, expresso-  
 que consensu acceptarunt fol. 606. in verbis: So wäre auch Anno  
 1624. nicht in einer einzigen Kirche das Catholische Exercitium gewest,  
 derhalben sich die aufwärtig eingepfarrten gar nicht beschwehren könnten,  
 noch deshalb die Decem urtheil halten, daß es mit denen Kirchen Ver-  
 möge des Instrumenti Pacis in vorigen Stand käme; wolten sie ein Ca-  
 tholisch Exercitium haben, mögten sie selber Kirchen bauen, oder in vi-  
 cinia das Exercitium suchen. His autem utrinque propositis, regulis etiam,  
 secundum quas Exercitia Simultanea in diversis aliis locis, imo redi-  
 tum quoque divisiones essent ordinandæ, constitutis, ipsum amicabi-  
 lis compositionis projectum conficiebatur.

§. XLIII.



## §. XLIII.

Aequitatis  
ratio quoad  
Simultane-  
um crudum  
habenda.

Ex æquo & bono igitur Simultaneum crudum ita dictum dijudicandum tum temporis, & post Pacem conclusam videbatur non Cæsaris tantum, sed & reliquis Protestantium Statuum Legatis. Neque hoc ipsum etiam adeo illis abominabile, & Paci ac tranquillitati tam perniciosum existimabatur, quin pluribus in locis, sicut & in Episcopatu Osnabrugensi, induci, aut Ecclesias etiam à solis Protestantibus possessas, ubi plures fuerant, Catholicis assignari paterentur, alibi easdem utrisque communes facerent. Indigna quædam æmulatio, ex petitione Simultanei crudi præfracta nimis, & ad contentiones usque exasperata, atque post assignatas jam alias Ecclesias ad usum Catholicorum necessarias & sufficientes, ad certam & determinatam directam elucens potius fuerat, quæ eorum maxime animos offendere videbatur, quando, aliis & distinctis Ecclesiis subministratis, earundem Ecclesiarum à Protestantibus in Anno Normali possessarum communionem Catholici subditi pertinacius poscebant. Tali æmulationi & zelotypiæ indulgendum non esse, Legati Statuum crediderunt, ipsa potius generali ratione moti, quod Pax modo restituta pacificam & comitem subditorum, utut intellectu & Religione inter se divisoriam, cohabitationem in Imperio maxime desideraret, cui nihil magis repugnat, quam nimia ejusmodi Jurium suorum, alias etiam competentium, ad apices extensio, & orta ex mero vincendi studio aut ambitione & ostentatione templorum magnificentiorum, non tamen debitorum contentio; sicut econtra nihil magis conducit, quam regulæ illius æquitatis aureæ: *Quod mihi non nocet, & alteri prodest &c.* exacta in omnibus consuetudo. Atque hæc æmulatio cum vitium commune esse soleat rudi & inculæ plebi, cæco præsertim Religionis æstu sufflaminatæ, non immerito certis in circumstantiis prudentiori Legatorum, virorum bono publico natorum, quos extra effectus privatos positos esse convenit, iudicio atque consilio viis congruentioribus sopiri & voluit, & potuit.

## §. XLIV.



## §. XLIV.

Hæc autem ratio certe ad Simultaneum innoxium non æque pertinet. In hoc quippe æmulationis incusatio eos potius tangit, qui suæ erga Dominum Territorialem reverentiæ oblitæ, & immemores id omne, quod hac in re habent, ex Statuum beneficio profectum esse, non contenti suo, quod habuerunt, & indiminutum retinent, ex mera irrationabili invidia, & præfigurato tantum imaginario incommodo aliis concivibus suis in Religione cum Domino consentientibus reale illud, & maxime necessarium solatium eripere, & præpedire omni conatu al- laborant, ne & ipsi pro suis mentis ideis ad salutem æternam unice necessariæ, quam credunt, Deum colendi rationi vacare possint. In re enim, quæ ad Domini pertinet arbitrium, in subditorum vero nul- talenus cedit detrimentum, aut Juris cujusdam præhabiti diminutio- nem, contradictores se exhibere, aut Domini liberalitati limites pone- re, quodnam aliud sit inhumanitatis genus, videri profecto nequit. Tolerabilis in Domino renitentia ejusmodi erga subditos à se dissen- tientes esse potest, qui Jure suo agit, & quod suis in manibus posi- tum est, aliis subditis concedit, aliis vero ex solo arbitrio suo dene- gat. Cessante justa denegationis ejusmodi causa, avaritia hæc, & illi- beralitas existimari poterit. Sed quod alieno ex beneficio pendet, eo, cujus est dispensare è suo, promptum se paratumque exhibente, impe- dire velle, invidiæ est, & sic non tantum Legi Christianæ, civilitati, morigeratæ charitati, sed & humanitatis rationi repugnat, & in ab- jectò, popularique duntaxat animo quandoque connivendum & tole- randum, nunquam vero auxilio, vel consilio, minus autoritate ad- juvandum, aut suffulciendum.

Ad Simul-  
taneum in-  
noxium non  
æque perti-  
nens.

## §. XLV.

Mirari propterea animum subit, quod & ipsi Status quidam, eo- rumque Legati indignis ejusmodi subditorum æmulationibus condescen- dere, imò indulgere quandoque plus justo voluerint, eaque de re lit- teras dare, uti eæ sunt, quæ à Circulo Saxonico Inferiore ad Electro- rem Coloniensem MAXIMILIANUM HENRICUM, qua Episcopum Hildesiensem, de abrogando Simultaneo, eoque innoxio ita dicto, & de destruendis ædificiis ad eundem finem exstructis datæ fuerunt,

Argumen-  
tum ex lit-  
teris Circuli  
Saxonici  
inferioris  
dissolvitur.

K

Conf.



Conf. Cel. STRUBEN loc. cit. pag. IIO. & III.

omni tamen effectu vacuæ, adeoque & sua se inaniter luculenter destruentes. Neque tam petita unius vel alterius partis ac desideria, quam illud, quo petant, fundamentum attendendum est; & non quid uni vel alteri parti per Leges publicas firmari, vel firmandum fuisse, post pacem jam conclusam pro re sua convenientius nunc videatur, sed quid reapse in eadem mutuo consensu sit conventum, pro norma haberi debet. Verum & hic quoque eventum in subsidium vocari, & petitionibus ejusmodi suum conjungi effectum omnino convenit, quid nimirum aut in deputationibus auctoritate Imperii constitutis, aut in commissionibus eam in rem à Majestate Casarea delegatis post plenam causæ cognitionem, & utriusque partis informationem conclusum atque decretum, vel quid ab ipsis partibus, post primi ætus impatientium quietis plerumque hominum, aut litium æque, ac auri amantium Rabbulistarum suggestionibus sufflaminati deservescerentiam, re maturius expensâ, justius, & tam publicis Imperii Legibus, quam necessariis comis cohabitationis rationibus conformius agnatum fuerit, in considerationem simul adducendum jure merito videtur. Atque hæc indubie communi Catholicorum sententiæ, de permessa Dominis Territorialibus suæ Religionis introductione, & nova Exercitii publici concessione innoxia, magis, imo unice suffragantur. Præcipue vero subsequuta posthac ejusdem rei series supradictam subditorum Hildesienfium pluspetitionem litteris circuli Saxonici Inferioris mox allegatis suffultam apertissime corrigit. Ubi primum enim supra laudatus Serenissimus Elector, MAXIMILIANUS HENRICUS, qua Princeps & Episcopus Hildesienfis Statibus Provincialibus Augustanæ Confessionis ad gravamina ipsorum Ecclesiastica die XXIII. Junii Anno MDCLXXXI. & quidem ad Gravamen VIII. & IX. declarationem de manutenendo firmiter facto possessionis ab iis in anno Normali habitæ die XI. Julii ejusdem anni in scriptis reddidisse, sibi tamen ibidem introducendi Simultanei innoxii, sive novas Ecclesias, Monasteria, Collegia, & scholas in usum Catholicæ Religionis construendi, iisque publicum Religionis exercitium concedendi liberam facultatem vi Superioritatis territorialis ex Pace Westphalica debitam, & nullo unquam tempore à se abdicandam asseruisset in verbis: *Seiner Churfürstl. Durchl. seynd zwar geneigt ihre Unterthanen der A. C. bey dem, so Ihnen im Instrumento Pacis in puncto Exercitii Religionis zugeeignet, zu handhaben, noch sie dagegen*

Dagegen beschweren, sondern dabey ungekränckt und ruhig zu lassen, daß aber ohne dessen Abbruch Ihro Churfürstl. Durchlaucht nicht sollte zu Besuef der Catholischen Unterthanen als Lands-Fürst und in vim Superioritatis territorialis besugt seyn, die freye Übung des Catholischen Glaubens in Ihren Stifft einzuführen, und zu verstaten, daß zu dem Ende Kirchen und Klöster aufgerichtet würden, dasselbe wissen Sie auß sicheren Ihro beywohnenden erheblichen Ursachen gar nicht nachzugeben; altermassen auch in puncto Religionis andere des Römischen Reichs Chur- und Fürsten in ihren Landen sich solchen Landes-Fürst- und Obrigkeitlichen Rechts würcklich gebrauchet; und wollen dahero Ihro Chur-Fürstliche Durchlaucht gegen ihro löbliche Ritterschafft und Stätte sich gnädigst versehen, sie werden selbst unterthänigst erkennen können, daß für keine Beschweruß, noch dem Instrumento Pacis widriges Verfahren auszudeuten, was wegen Haltung der Proecessionen, Dominicaner-Ordens-Personen, und ihres Kirchbauens, und darinn übender Catholischen Religion angebracht worden zc. würden unterdessen doch nicht weniger die Verrichtung thun, damit durch sothanes Exercitium Religionis Catholicae den A. C. Verwandten keine rechtmäßige Ursach anwachsen möge, sich der Hinder- oder Verstöhrung ihrer Religion zu beklagen. Adeo hac Serenissimi declaratione (utpote quam Instrumento Pacis omnino conformem, quin & usitata hactenus per totum Imperium praxi firmatam, & stabilitam ipsimet subditi, & Status Provinciales Augustanae Confessionis additi probe perspexerant) omnis illorum contradictio eo tempore sopita fuit, & evanuit, ut sepulturas duntaxat Catholicorum & Concioniones funebres in Ecclesiis communitatum Augustanae Confessionis addictarum haberi solitas abrogari quidem peterent, innoxium autem Simultaneum quod attinet, ad ipsam quoque sumptuum pro Constructione novarum Ecclesiarum necessariorum ex arario publico & communi Statuum Provincialium Augustanae Confessionis coadministrationi aliquatenus subiecto aut commisso, subministrationem in favorem Exercitii publici Catholicae Religionis, citra omnem vim & violentiam sub XIV. & XVI. Septembr. ejusdem anni promptos se paratosque offerrent. Quidquid demum postea rursus non tam justitia causa, quam vicinorum potentia freti, & ab inquietis hominibus concitati denuo contra propriam declarationem semel Principi datam tanquam à se ipsis alieni, & tam fidei datae, quam convictionis suae anterioris immemores in occasionibus quibusdam sibi magis propitiis unquam attentare ausi fuerint. His igitur attentis, quid virium aut roboris in praememoratis



memoratis Circuli Saxonici litteris reponi nunc adversus Catholicos possit, cuique æquo rerum æstimatori dijudicandum relinquo.

## §. XLVI.

In cæteris  
objectioni-  
bus Simul-  
tanei diver-  
sitas, sub-  
stantia, &  
modus se-  
parantur.

Præterea plures quoque ejusmodi contradictiones reperire est, quæ tamen, si recte discutiantur, non ipsum Simultaneum innoxium impugnant, sed solum crudum five crassum ita dictum, ex ratione prædicta sæpius, atque aliquando fundatioribus ejusmodi gravaminibus, & querelis obnoxium. Aut si innoxium quoque attingant, non ipsam tamen ejusdem substantiam, sed modum duntaxat & circumstantias possessioni subditorum adversas respiciunt. Et quamvis quandoque Mandata S. C., aut alia ejusmodi decreta illas subsecuta fuerint, ita tamen ipsa illa querelarum Capita inter se permixta fuere, ut pro uno quodam determinato argumentum inde certum ac firmum hauriri nequeat. His enim solertius perlustratis circumstantias tales facile erit deprehendere, quæ violatam realem eorundem possessionem in Anno Normali quoad Ecclesiastica, five quoad exercitium aut ejus annexa habitam, vel quoad Politica ex ipsorum saltem narratione præferunt, ut talia mandata secundum Stylum Camerae Imperialis, aut Summorum Imperii Dicasteriorum non potuerint non emanare; uti ipsum illud Mandatum in puncto des vorhabenden neuen Capellen Baues zu Westfeld in Sachsen Hildesheimischer Landt: Stände Augustanae Confessionis contra Hildesheim und Consorten de Anno MDCXCVI., plurimis ejusmodi circumstantiis gravidum, exemplo esse poterit. Atque ipsa prævia narratio aut supplicatio fatis ostendit, quid Supremum Imperii Dicasterium ad id decernendum permoverit, cum fundum novæ Capellæ destinatum in Dominio privato & proprietate totius Communitatis pagi Westfeld fuisse, non obscure enarrassent. Hunc enim cum cedi à subditis Augustanae Confessionis addictis Princeps per Perill. Dominum DE BEISSSEL Ecclesiæ Cathedralis Canonicum petiisset, nec tamen obtinisset; inædificare Capellam invitis illis perrexit.

*Conf. Facti facies oder wahrhafter Bericht und vorläuffige Gegen Remonstration in denen Beylagen Lit. LLL. Instrumentum publicum super actu: der wider den zu Westfeld auf der Gemeind. Anger vorhabenden Capellen Bau, und da*

zu ab, und ausgestochenen Blas, und bereits angefangenen  
Mauren: Baum, bey Ihre Hochwürden den Herrn von  
Beißel zu Westfeldt geschehenen Protestation, Contradiction  
und Reservation.

Id quod absque violatione Jurium illorum aliqua utique fieri haud po-  
tuit: cum per ædificationem Capellæ Catholicæ fundus illæ ex Domi-  
nio & proprietate Communitatis Augustanæ Confessioni addictæ exime-  
retur, & Juris publici efficeretur. Unde eo ipso omnino innoxia ejus  
constructio dici haud potuit. Accedit, quod alioquin mandata ejus-  
modi ad præviam unius tantum partis informationem emanare solita ex-  
ceptionis sub- & obreptionis, si sine clausula fuerint, contra se patian-  
tur, si vero cum clausula, in nudam ac simplicem citationem ad com-  
parationem partis modo degenerent, adeoque à rei judicatæ viribus lon-  
gissime adhuc distare passim dignoscantur. Denique omnia illa argu-  
menta, quibus Simultaneum innoxium impetere & impugnare solent,  
non ex diserta Pacis littera, multo minus ex propria illa sede §§. 30. &  
31. ubi de Jure reformandi Statuum & exercitio subditorum sanctio con-  
tinetur, mutuata, sed aliunde ex aliis ejusdem §vis eo prorsus imper-  
tinentibus exsculpta, & hunc ad finem contorta reperiuntur, ut præ-  
ter assertum, necdum autem probatum, minus probandum unquam,  
statum habituales anni sic dicti Decretorii, cætera mera sint ratioci-  
nia, Logicalia sophismata, & contortæ ex proprio privatorum cere-  
bro nata interpretationes, ac potissimum longius petitæ illationes,  
quibus autem omnibus in sæpe laudata Dissertatione Magnifici Domini  
BARTHELII de eo, quod circa libertatem Exercitii Religionis ex Le-  
ge Imperii justum est, generatim & abunde fuit satisfactum.

§. XLVII.

Unum, quod opponunt offensionum & turbarum in locis mixtis *Argumentum ex turbarum periculo refellitur.*  
ex nimia exteriorum rituum, & Ceremoniarum exercitio publico Re-  
ligionis Catholicæ annexarum multitudine oriri solitarum periculum,  
est sane ejusmodi, quod non tam Catholicis cultum suum exercenti-  
bus, quam præconcepto aliorum subditorum adversantium livori ad-  
scribendum veniat, qui ipse Catholicos potius cum Domino Territo-  
riali in Religione consentientes suo in exercitio turbat, quam iste ho-  
rum.



rum cultus externus illorum Exercitium in templis, & intra solos eorum parietes, juxta ipsorummet principia, magis conclusum turbare queat. Certe in subditos hic potius diversæ Religionis a Domino difsentientis quadrat patientia, ubi lex ipsis non subvenit, quam ut, ob irrationabiles eorum æmulationes, Dominus perpetuo Jure suo, quod Superioritatis Territorialis quasi Cimelion habitum semper fuit, cum gravi suo & aliorum Concivium ac Subditorum sibi consentientium reali incommodo abstinere debeat. Illis econtra pro vero, quamvis per legem nunc firmato, beneficio reputandum est liberum Religionis suæ Exercitium una cum annexis secundum factum possessionis in Anno Decretorio firmatum tenere; nec habent, cur adeo delicati sint, probe memores, quod per & post Pacem Westphal. in hoc longe melioris conditionis effecti sint, quam sui Antecessores ex sola Pace Religiosa fuerint, quibus nihil firmum circa Religionis Exercitium & annexa, nihil Juris in templa & redditus, sed horum omnium usus ad breve tantum tempus sæpe precarius extitit. Ad hæc Subditorum sane non est, quietis & tranquillitatis publicæ arbitros sese constituere, cujus cura, cognitio, custodia & vindicta soli superioritati territoriali aut Magistratui adgnata semper agnoscitur. Statuum autem, imo & Regum potentissimorum tam Catholicorum, quam Augustanæ Confessioni addictorum exempla pene multa prostant, qui introductionem Exercitii publici Religionis Catholicæ in suis ditionibus, Regnis, & urbibus adeo principalibus facto suo proprio comprobarunt, quin ullum ex cohabitatione utriusque Religionis subditorum periculum sibi metuerint. Sed & alia exempla non desunt, quæ non tantum Principes Augustanæ Confessionis addictos, sed etiam Catholicos in locis soli Religioni Catholicæ in Anno Normali addictis publicum Augustanæ Confessionis Exercitium liberaliter super induxisse doceant; Quid? quod aliorum omnium instar vel ipse Principatus Hildesensis plura loca, & nominatim aliqua ex ipsis illis novem Monasteriis per Transactionem supra dictam anteriorem, & subsequam Pacem Westphalicam restitutis exhibet, in quibus præter Religionem Catholicam solam tum temporis ibidem receptam etiam Augustanæ Confessionis Exercitium pedetentim in Ecclesiis & Capellis recens erectis simul introductum esse constat. Comis propterea cohabitationis regulis nihil æquius, nihil conforme magis & conaturalius cogitari aut expectari potest, quam ut Protestantes subditi à Catholicis nihil adversi suspicentur, cum Catholici, licet tot exemplis jam deterriti à Protestantibus, alienis persæpe iisque unitis viribus

sufful-



fuffultis & fretis, fundatam reapse magis turbarum suspicionem ad attemptandam usque aduersus Dominos Territoriales eorum exclusionem prævalere nunquam patiantur.


## §. XLVIII.

Hoc tamen unum esse argumentum constat, quo firmiter inniti videntur hodierni Doctores Protestantes, qui saltem novitiis illis principiis per Protestantium Statuum Legatos usurpata auctoritate norma instar præscriptis (quamvis minus concludenter illa cum Pacis littera & Pacificentium mente ex præviis Tractatibus admodum clare relucente coherere videant) omnino & aperte contradicere verentur, aut non iunt. Ita BOEHMERUS, & ANTI-VINDICIARUM HILDESIENSIUM AUTHOR ab eodem citatus, Edicto quidem Corporis, ita dicti, Evangelicorum paulo anterior, unius tamen partis Advocatus, nec non CRAMERUS, quos aliorum omnium instar allegare sufficiat, sentiunt, suamque mentem explicant. Ille quidem

Novissimum esse, & substantiæ Simultanei non repugnare ostenditur.

*Jur. Eccles. Prot. univers. Lib. I. Tit. I. §. LXXXVI.*

cenfet, à Domino Territoriali Augustanæ Confessioni addicto posse concedi introductionem exercitii Protestantibus subditis in loco Catholico, & ubi Catholici soli in Anno Normali id habuerunt; non autem vicissim, à Domino Catholico in locis à solis Protestantibus tum inhabitatis: Et dum regulam sibi æqualitatis objicit, cui certe per statum habitualement illius præcise anni, utroque in casu eundem, respondere nequit, ita argumentum dissolvit: "Æqualitas servanda est, salvo Statu Religionis anni decretorii, & ubi nulla manifesta rationis disparitas occurrit, quæ hoc in casu tamen evidentissime per se & ex natura Sacrorum publicorum Pontificiorum fuit, adeoque ad abusus ex principiis Pontificiis referri nequit. Huc etiam tendit Auctor Anti-vindic. Hildes. pag. 89. ubi ita: "Es weist die Natur der Evangelischen Religion in diesem Stücke ganz deutlich rationem disparitatis, und daß eben aus dieser Ursach die Evangelische Reichs Stände nichts wider das Instrumentum Pacis handlen: Denn anfänglich bleiben die Catholische Unterthanen solcher Gestalt bey dem freyen Besitz ihrer Kirchen, hernach bleiben sie auch bey dem freyen Exercitio ihrer Religion, und ihrer Gewissens="



sens: Freyheit, und dörffen sich nicht befahren, daß die Evangelischen sie zu Ceremonien und Ritibus, die ihrem Gewissen zuwider wären, anstrengen werden, indeme die Evangelischen entweder keine, oder doch nicht so viele Bilder haben, keine Processiones, zu denen sie andere Glaubens-Genossene nach denen Principiis Ihrer Religion, zu nöthigen Ursach hätten, anstellen, auch nicht mehr Feiertage begehen, als die Catholischen, und also nicht Ursache haben, der Catholischen Arbeit an solchen Tagen für eine Profanation zu halten. Idem est argumentum

CRAMERI *Observat.* CCCCXIX. §. LXXXVI. & §. LXXXVIII.

ubi quoad Exercitium publicum in solennibus limitatum ipsemet difficultatem non reperit; "Jam vero, inquit, coexercitio Catholicæ Religionis, etsi sumptibus propriis superinducto, vel in iisdem templis, vel diversis, vel noviter ædificatis, vel desolatis reparatis, propter dictæ Religionis apparatus externum, qui Protestantibus superstitiosus videtur, in specie Processiones, Deportationes Venerabilis ad ægrotos, imagines Sanctorum ubivis locorum positas, Exercitium Religionis Protestantium, maxime in iisdem templis turbatur, teste experientia, etsi à libidine serpendi Cleri Pontificii abstrahere velimus. Neutra vero Religionum Protestantium alterius exercitio præjudicio vel impedimento est. Minime ergo Catholicis Simultaneum in locis, in quibus in Annis Normalibus haud obtinuit, utique autem Protestantibus inter se introducere licet.

Et §. LXXXVIII.

"Quemadmodum prohibitio Simultanei de libero & universali Catholicæ Religionis Exercitio accipienda per deducta; ita Princeps Evangelicus subditis Catholicis Exercitium Religionis eo modo, quoad solennia, limitatum concedere potest, ne in præjudicium Religionis Protestantium vergat; cum econtrario Princeps Catholicus Protestantibus Coexercitium Religionis illimitatum concedere possit." Ignoscendum profecto mihi credo, planeque confido, si novitium hoc argumentum esse, & ab antiquorum non tantum Doctorum Augustanæ Confessioni addictorum in Instrumentum Pacis commentantium, sed & Statuum ac Legatorum compacifcentium mente tum habita profus alie-

alienum dixerō. Qualem enim turbationem tum temporis Status & Legati intellexerint, ex cœvis rursus Pactis Hildesiensibus, ac ipso præcipue Recessu Brunsvico-Hildesienfi principali superius Dissertationis hujus §. X. adjecto non obscure colligitur. Creditum enim reapse fuit, nec directe nec indirecte aut per obliquum subditorum dissentientium turbationem quandam fieri, si in suo exercitio ipsi relinquantur, quidquid demum cum sua Religione Dominus fecerit, eamque præterea in eadem loca, imò in easdem Ecclesias superinduxerit. Illud incommodum ex communione Ecclesiarum subditis accedens nihil tum habitum fuit, eo tempore, quo durante adhuc bello, & meditata, imò deliberari jam cœpta Pace, maxime experti fuerant, & intelligere debuerant, quales turbas per Pacem mox faciendam ex Imperio abesse voluerint. Et quamvis hic Recessus ex supra dictis postea abrogatus sit, ea ipsa tamen abrogationis ratio non molestia subditorum dissentientium qualiscunque, sed possessio in Anno Normali habitata, tanquam regula generalis in Pace semel stabilita, extitit. Imò cum Duces Brunsvicenses per modum veræ transactionis tam rigide illi suæ possessioni Monasteriorum in Anno Normali certissime habitæ non institissent, merito obtinere poterant, ut & Episcopus Hildesienfis aliquid subditis ultra possessionem habitam indulgeret, & Simultaneum propterea crudum saltem dimitteret. Illud tamen inde evictum manet, quia nec Hildesienfes, nec Brunsvicenses contradictoria in Pacto quodam publico asserere voluerint, Simultaneum, maxime innoxium, nec directe nec indirecte possessionem Exercitii subditorum turbare aut impedire, imò Christiane & ordinate in talibus templis à diversæ Religionis consortibus frequentatis, multo magis ergo in locis tantum ab utraque parte habitatis, omnia fieri posse. Hunc enim in finem Recessum ipsum Religionis confectum fuisse aperte asserunt. Quanquam quid opus est ad anteriorem Pace conclusa Statuum opinionem provocare? cum suam de hoc argumento sententiam in ipsis Pacis Tractatibus luculentissime manifestarint, & insuper habito, imò nec cogitato panico ejusmodi dissensionum inter subditos dissidentes metuendarum, utpote compluribus aliis mediis evitabilium, metu non tantum simpliciter introductionem Exercitii publici Religionis suæ Domino Territoriali permissam asseruerint, sed vel maxime Catholicam & suam ita dictam Evangelicam integre quoad hoc æquiparatas voluerint, æque facilem atque

L

à tur-



à turbarum periculo æque remotam utriusque introductionem diserte professi.

Conf. sup. §. XXXVIII.

Quo etiam illa omnia pertinent, quæ in causa Palatino-Neoburgica & Solisbacensi hinc inde agitata sup. §. XLII. recensentur. Denique si huc demum tota Protestantium & subditorum & Doctõrum querela recidat, in salvo res est, saltem Doctrinam Catholicorum de Simultaneo ita dicto innocuo Religionis in locis, in quibus Anno Normali etiam usitata non fuerat, introducendo quoad substantiam suam Paci Westph. non adeo adversam esse, neque tantam in Statu præcise habituali Anni Normalis vim reponi posse; sed ex sequelis duntaxat ejusdem repugnantiam peti, quæ tamen sequela, uti ad modum tantummodo pertinent, ita variis etiam limitationibus, cautelis, & diversis mediis tolli omnino possunt, ac provida Principis æquanimis suum cuique tribuentis autoritate efficacissime præverti.

§. XLIX.

Incommoda imaginaria & vera, atque hæc etiam per se talia, & alia ex accidenti tantum & quandoque fecutura distinguntur.

At enim inter ipsa illa, quæ subditis dissentientibus adversa videntur, & quæ reapse sunt, ex supradictis omnino distinguendum venit, atque unde qualiscunque quietis aut tranquillitatis mutua commotio originem suam habeat, ultra pars Autor potius sit, est respiciendum. Illa enim, quæ reapse & per se quietæ possessioni subditorum dissentientium habitæ adversantur, quæque hanc turbant, & impediunt, aut detracta quadam parte tum habitæ diminuunt, adeo à Principe ipso admitti nequeunt, ut potius subditos quoscunque sibi in Religione consentientes talia attentantes, tanquam custos & vindex Legum publicarum mutuæque Pacis per illas restitutæ (ideo enim gladium portat in vindictam malorum & refractariorum) punire pro reatus dignitate debeat. Quæ vero tantum ex accidenti & præter sinceram Domini suam Religionem introducentis intentionem, & quandoque duntaxat, non semper, & è longinquo consequuntur, ipsosmet subditos à Domino dissentientes plerumque Autores habent, & in horum potius præconcepto livore, ac irrationabili passione originem suam inveniunt, ideoque Principi, cujus Majestati malitiis hominum & quidem subditorum in-

indulgere nequaquam convenit, remoram in usu Juris sui inter reliqua præcipui objicere nequeunt. Ansam autem si indagamus, eam certe, quod Catholici quidam concives in Territorio Domini vel eidem cum ipsis, vel etiam diversæ, ut quandoque contingit, Religioni addicti secundum principia Religionis suæ publice cultui divino vacare permittantur, tanquam quietis Imperii turbativam à nulla Legis publicæ littera prohiberi ostenditur. Nec unquam subditi à Catholica Religione dissidentes tam delicati in ægre ferenda & invidenda aliis concivibus innocua quadam Exercitii Religionis suæ societate futuri fuissent, nisi aliorum potentiorum & extraneorum viribus foveri & sustentari sese perlerent, aut toties jam persensissent. Et hanc potius turbarum plerarumque, & infelicium concitationum subditorum adversus Dominos proprios sæpe nec rogatos ansam primariam esse, experientia testatur. Quapropter hanc eandem gravissime in Imperio prohibitam diffusa Pacis Westph. littera docet Art. V. §. 30. luculenter statuens, " ut, "  
" *cum majoris concordia* inter Status conservandæ causa dudum *cautum*  
" *fu*erit, quod nemo *alienos subditos* ad suam Religionem pertrahere,  
" eave (Religionis) causa in defensionem aut protectionem suscipere,  
" *illisve ulla ratione patrocinari debeat*, hoc idem porro quoque ab  
" utriusque Religionis Statibus observari oporteat." Illæ vero, quæ de se indifferentia sunt, nihilque aliis concivibus detrahunt, turbativa quietis & comis cohabitationis in Imperio necessariæ dici non possunt, quamvis Protestantes subditi cæco sæpe, ut vulgus amat, impetu & putativo Religionis zelo ducti ex sua forsan indole quietis impatiente Catholicos subditos cum Domino in Religione consentientes præpediendi vexandique sibi occasionem sumant, aut Catholici etiam justos quandoque limites à Domino positos transgredi audeant. Juri Territoriali Jus Reformandi, adeoque suam saltem Religionem universalibus Imperii Legibus, uti supponitur, & qualis indubie est Catholica, receptam introducendi tanquam præcipua ejusdem pars ex antiqua Imperii Praxi per Pacem Religiosam asserta, ac per posteriorem Westphalicam firmata coheret, & sicut Statibus Protestantibus indiscriminatum hodie dum asseritur, ita Catholicis æquali cum iis jure fruentibus non erit denegandum. Cui autem jus assistit, ei usu ejusdem cum gravi incommodo propterea interdicti fas non est, quod alii sua ex malitia accepti inde scandali, aut prævaricandi contra quietem & tranquillitatem mutuam occasionem sibi sumant. Alias nulla profecto Lex, licet ad bonum commune maxime utilis, imo necessaria, ita justa inveniri amplius



plus possit, cum nulla fere ferri queat, quæ non aliquibus etiam sub-  
 ditis incommodum quaecunque ex accidente inferat, imo magna eo-  
 rundem parti in prævaricandi occasionem & periculum sæpissime eva-  
 dat. Ejusmodi certe sunt ritus illi externi Religionis Catholicæ multum  
 connexi, aut admodum saltem familiares, uti Processiones, Venera-  
 bilis vel in solenni pompa, vel ad ægros publicæ deportationes, ima-  
 ginum expositiones &c. Quæ omnes tanquam mutæ & innoxie nemi-  
 nem turbant aut impediunt, quominus templi proprii intra parietes  
 absque his foras fieri solitis cultui Dei pro suis mentis ideis vacare  
 queant. His si scandalizentur, qui aliter sentiunt, semetipsos potius  
 livoris & æmulationis reos arguant, dum quod suum est, tenentes, & indi-  
 minutum retinentes, quod Dominus in suo facit, destruere ausu teme-  
 rario conantur, immemores videlicet, ea ipsa, quæ nunc habent,  
 ex solo Statuum juxta superius dicta beneficio obtineri, iisque in ac-  
 ceptis deberi. Unde si de debito & jure stricto sermo sit, nihil est,  
 quod subditis suum, uti supponitur, retinentibus, adversus Dominum  
 eatenus etiam suffragetur: Neque enim ex particulari lege Osnabru-  
 gensibus, in Episcopatu mixto, & quidem alternativæ subjecto, circa  
 processiones tanquam partem quandam Exerciti Catholicæ Religionis  
 publici, non ultra observantiam anni Normalis extendendas expresse  
 conventa universalis quædam prohibitio, aut ab unico actu ad totum  
 complexum Jurium Exercitio publico Religionis annexorum, aut ad  
 hanc etiam unicum ejus partem, respectu aliorum Episcopatum non  
 mixtorum, argumentum inferri convenit. Quamvis enim hæc Ex-  
 ercitiæ Catholicæ publicæ pars, utut diversa Religionis de & per se neu-  
 tiquam turbativa, delicatiori Religionariorum Osnabrugensium indoli &  
 genio molestior aut infensior aliquando acciderit, aut apparuerit, ideo-  
 que in memorato Episcopatu ob speciales ejusdem circumstantias per spe-  
 ciale quoque pactum posterius aliqua moderatione limitari voluerit, non  
 idcirco eadem necessitas reliquos Status constringit. Ex regulis autem  
 meræ prudentiæ Catholicæ ipsimet non abnuent, pro certis circumstan-  
 tiis ad salvandum essentialia & substantialia Religionis exercitium, & ut una  
 ex parte omnis etiam frivola litigationis, livoris, & imprudentis li-  
 cet æmulationis ac zelotypiæ remota quæque occasio subtrahatur, ex  
 altera vero parte subditi Catholicæ quietius & tranquillius cum Pro-  
 testantibus cohabitare sinantur, Dominis Catholicis Exercitium suæ  
 Religionis in loca a magna subditorum dissentientium, alioqui morigero-  
 rum multitudine inhabitata recens introducere volentibus expedire,  
 quod

quod in accidentalibus hisce sæpe superfluis, & nimia sua multitudine in diminutionem potius, quam augmentum veræ & solidæ devotionis vergentibus, non admodum abundare velint, sed potius, ubi subditi dissentientes morigeros sese atque debita cum reverentia supplices exhibent, non autem dictatores se gerunt, omisso summi Juris sui apicibus Regulas prudentis œconomix magis, quam leguleicos rigores attendentes generosa quadam liberalitate quidpiam remittant, in aliis tam politicis, quam Ecclesiasticis promptiores etiam illos experturi.

### §. L.

Ex hisce omnibus igitur planissima consequi videtur conclusio, **Conclusio** argumenta ex Pactis Hildesensibus hætenus deprompta tam aperte cum mode- communi Catholicorum Doctorum, & receptiori quondam inter ip- **stam maxima-** sosmet Protestantes Doctrinæ de introductione ita dicti Simultanei in **rum irregu-** noxii suffragari, ut ex horum solorum tam confectiois, quam aboli- **larium Au-** tionis Historia illa potius demonstrari posse videatur; tam infirma ex **toris Anti-** adverso sunt, quæ contra eandem inde extorqueri voluerunt. **rum Epi-** Alia **crisi.** porro, quæ extra hæc Pacta generaliter & passim alias obmoveri so- **crisi.** lent, & in Antivindiciis Hildesensibus quoad hunc Simultanei ita dicti Articulum in diversis locis dispersa occurrunt, majus quoddam pondus hisce non addidisse, simul est evictum, & insuper commonstratum, Actorum & Tractatum Pacis fidem publicam, declaratam fatis Statuum utrorumque compaciscentium mentem, Pacis Religiosæ & Westphalicæ residuum in non mutatis consensionem, specialium Pactorum Historiam, subsequam postea Imperii observantiam, Deputationum, atque Commissionum Cesarearum, Judiciorumque decisiones, Doctorum interpretationes in hanc dudum sententiam conspirasse, quæ sane majoris momenti prudenti cuique rerum arbitro videri debent, quam cavillatoria, & ex impropiis plerumque sedibus mutuata, extorta potius dixerim, argumenta contrariæ sententiæ, quæ demum hisce omnibus pressa aliam eluctandi rimam invenire non potest, quam ut enarratas hæc omnis rectæ Legum publicarum interpretationis bases, in qualibet Republica rite ordinata firmissimas, loco suo dimovere conetur, & spreta omni regula arbitrarium, in quam pro sua quisque convenientia partem voluerit, Leges contorquendi



pruritus sequi in omnibus possit; uti in has omnes anomalias exorbitantes primus veluti hoc nostro in Sæculo prævit idem §. superiore jam notatus **Autor Antivindiciarum Hildesensium**, qui folio earundem m. LXXXIII. & seqq. doctrinalem non tantum interpretationem, sed & extrajudicalem Imperii observantiam, imo praxin etiam judicalem ex variis & pluribus sententiis uniformibus hac super controversia plene cognita editis, atque post rem judicatam executioni suæ datis firmatam apertissime rejicere non perhorrescit, & hanc rejectionem tanquam principium necessario præsupponendum statuit. Quid firmitus Doctorum Religione licet, quam præsens controversia concernit, dissentientium, in eandem tamen sententiam concedentium, eorum præcipue, qui ipsismet Paciscentibus Statibus & Legatis magis cœvi, rei gestæ propiores, atque Pacis conclusæ optime gnari noscuntur, communiore consensu, præsertim dum illius, qua hodie quidam non tamen omnes, à suis antecessoribus recefferint, occasionis origo, & tales undique constant, atque manifestant, non tam veritatis melius agnitæ amore, quam authoritatis, utut indebitæ, Legatorum ita dictum corpus Evangelicum constituentium metu reverentiali abreptos & inductos nunc aliter sentire? Hoc vero attento, multo majus ii Doctores Recentiores August. Conf. addisti pondus asserunt, qui nihilominus solius veritatis amorem suo in dictum corpus obsequio & gratificandi aliis confortibus suis studio præhabendum rati, vel in suis, quas viva voce tradiderunt, prælectionibus, uti de celebratissimo Göttingensium Juris publ. Antecessore **JOAN. JACOBO SCHMAUSIO** certis rumoribus fertur, vel in scriptis etiam publicæ luci datis, uti de **CI. JOAN. JACOBO MOSERO** (qui sub Autore Anonymo deren zufälligen Gedanken vom Simultaneo latere voluit) penes Eruditos constat, communi antea memoratæ Catholicorum Doctrinæ diserte nostris etiam temporibus adstipulati fuerunt.

Conf. **CEL. DURR** *Disquisitione de eo*, quod justum est circa Jus reform. in Territorio oppignorato Cap. III. §. XXXVIII. in Not.

Quid dein observantia Imperii efficacius, si non tantum Catholicos Status, sed & Protestantes adeo eandem sententiam in suis etiam Territoriis usu suo acceptarunt, sibi que regulam & normam agendi crediderunt; eo ipso facto suo & Catholicorum praxin justificantes, utpo-

te



te quos eadem Territoriali superioritate, ex qua id ipsi agunt, indeque æquali etiam Jure frui norunt. Quid denique Judiciali observantia illustrius? dum rursus in omnibus ejusmodi Deputationibus atque Commissionibus & Catholici, & Augustanæ Confessioni addicti Status aut Legati, tanquam Commissarii, in supremis vero Imperii Dicasteriis utriusque Religionis Assessores, & Consilarii adhiberi assolent, indeque nihil magis iteratum utriusque partis compaciscentis consensum ostendere poterit, quam resolutiones ejusmodi ex prævia mutua consultatione, rationum ab utraque parte expositarum discussione, utriusque partis consensione toties conclusæ, & ad suum quoque effectum deductæ, paucis præterea Mandatis vel cum vel sine clausula ex adverso jactari solitis longissime præhabendæ. Hæc omnia vero eo demum tendere videri, non immerito dolent & ingemiscunt Catholici, ut nimirum rejectis hisce regulis, rejectis rebus semel transactis & fide publica firmatis, dubium quoddam novum excitatum videatur, cujus decisio non aliter, nisi Comitiali autoritate expectari valeat; quam ipsam tamen Status Augustanæ Confessioni addicti itione sua in partes, alias familiari, impedire & evitare se posse autument, eo inde effectu ex votis demum secuturo, quod Territorialis Superioritas Statuum Imperii Catholicorum infra ipsos adeo subditos deprimatur, atque inauditis unquam alias in Imperio subditorum propriorum æmulationibus, & irrationabilibus prohibitionibus indigne, imo ferviliter subjiciatur.

T A N T U M.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

M U T U M

X2368452



JP 4540<sup>v</sup>





B.S. num. 23

JOANNIS NEPOMUCENI ENDRES,

SS. THEOL. ET U. J. DOCTORIS,  
REVERENDISSIMI AC CELSISSIMI S. R. I. PRINCIPIS, EPISCOPI  
BAMBERGENSIS ET WIRCEBURGENSIS, FRANCIAE ORIENTALIS DUCIS  
CONSILIARII ECCLESIASTICI, NEC NON IN PRAEFATA  
UNIVERSITATE SS. CANONUM PROFESSORIS  
PUBLICI

1765  
Wald

DISSERTATIO INAUGURALIS  
HISTORICO - ECCLESIASTICO - PUBLICA  
DE

PACTORUM  
HILDESIENSIIUM

IN CONFIRMANDA  
COMMUNI CATHOLICORUM DOCTRINA


P. 355

CIRCA  
SIMULTANEUM  
EFFICACIA

AD ILLUSTRANDOS I. P. W. ART. V. §§. XXXI. ET XXXIII.

PRIORIBUS DISSERTATIONIBUS  
OB IDENTITATEM MATERIAE ADNEXA.

7p 4540



BAMBERGÆ, FRANCOFURTI ET LIPSIAE,  
APUD TOBIAM GÖBHARDT, BIBLIOPOL. UNIVERSITATIS A CELSISSIMO  
SPECIALITER PRIVILEGIAT, MDCCCLV.

